καὶ πρὸς ὅ τι τρέψειε τὴν ὄψιν, πληγαῖς ἀπαντῶν, καὶ σιδήρῳ φερομένῳ[9] καὶ κατὰ προσώπου καὶ κατ' ὀφθαλμῶν διελαυνόμενος, ὥσπερ θηρίον ἐνειλεῖτο ταῖς πάντων χερσίν. Ἅπαντας γὰρ ἔδει κατάρξασθαι καὶ γεύσασθαι τοῦ φόνου. Διὸ καὶ Βροῦτος αὐτῷ πληγὴν ἐνέβαλε μίαν εἰς τὸν βουβῶνα.[10] Λέγεται δ' ὑπό τινων, ὡς ἄρα πρὸς τοὺς ἄλλους ἀπομαχόμενος, καὶ διαφέρων δεῦρο κἀκεῖ τὸ σῶμα, καὶ κεκραγώς, ὅτε Βροῦτον εἶδεν ἐσπασμένον[11] τὸ ξίφος, ἐφειλκύσατο κατὰ τῆς κεφαλῆς[12] τὸ ἱμάτιον, καὶ παρῆκεν ἑαυτὸν, εἴτ' ἀπὸ τύχης, εἴτε ὑπὸ τῶν κτεινάντων ἀπωσθεὶς, πρὸς τὴν βάσιν ἐφ' ἧς ὁ Πομπήϊου βέβηκεν ἀνδριάς· καὶ πολὺ καθήμαξεν αὐτῆς ὁ φόνος, ὡς δοκεῖν αὐτὸν ἐφεστάναι τῇ τιμωρίᾳ τοῦ πολεμίου Πομπήϊον ὑπὸ πόδας κεκλιμένου, καὶ περισπαίροντος ὑπὸ πλήθους τραυμάτων. Εἴκοσι γὰρ καὶ τρία λαβεῖν λέγεται· καὶ πολλοὶ κατετρώθησαν ὑπ' ἀλλήλων, εἰς ἓν ἀπερειδόμενοι[13] σῶμα πληγὰς τοσαύτας.

CAP. LXVII.

Cæsare occiso senatus diffugit, populus terretur; Antonius et Lepidus sese occultant; conjurati libertatem proclamantes in Capitolium abeunt, quibus procerum quidam sese adjungunt, postea ab Antonio et Octaviano puniti. Postero die oratio Bruti ad populum silentio excipitur, senatus autem præterita obliviscenda, Cæsarem pro Deo colendum decernit, Brutumque in provinciam mittit.

Κατειργασμένου δὲ τοῦ ἀνδρὸς, ἡ μὲν γερουσία, καίπερ εἰς μέσον Βρούτου ἐλθόντος, ὥς τι περὶ τῶν πεπραγμένων ἐροῦντος, οὐκ ἀνασχομένη διὰ τῶν θυρῶν ἐξέπιπτε, καὶ φεύγουσα κατέπλησε ταραχῆς καὶ δέους ἀπόρου τὸν δῆμον, ὥστε τοὺς μὲν τὰς οἰκίας κλείειν, τοὺς δ' ἀπολείπειν τραπέζας, καὶ χρηματιστήρια· δρόμῳ δὲ χωρεῖν, τοὺς μὲν ἐπὶ

NOTÆ

9 Φερομένῳ] R. mavult ἐπιφερομένῳ.

10 Εἰς τὸν β.] Ἐς τὸν μηρὸν, Appian.

11 Ἐσπασμένον potest accipi pro σπασάμενον, et sæpissime quidem participia perfecti passivi atque aoristi 1. in medio inter se alternant. In hoc autem verbo usus id minime patitur; quare suspicor, post ἐσπασμένον addendum esse aut ἔχοντα, aut ἐπισείοντα, aut ἐπανατεινάμενον. *Reiske.* Potest etiam conjici ὅτε Βρούτου εἶδεν ἐσπασμένον τὸ ξίφος. In Bruto c. 17. est: ὡς εἶδε Βροῦτον ἑλκόμενον ξίφος ἐπ' αὐτόν. Tum Cæsar dixisse fertur: Καὶ σὺ, τέκνον;

12 Κατὰ τῆς κεφαλῆς] Alii auctores sunt, eum utraque togam manu demisisse, ut, inferiori parte corporis tecta, collaberetur.

13 Ἀπερειδόμενοι] Reiske mavult ἀπερείδοντες, in activo.

τὸν τόπον, ὀψομένους τὸ πάθος, τοὺς δ' ἐκεῖθεν, ἑωρακότας. Ἀντώνιος[1] δὲ καὶ Λέπιδος, οἱ μάλιστα φίλοι Καίσαρος, ὑπεκδύντες, εἰς οἰκίας ἑτέρας κατέφυγον. Οἱ δὲ περὶ Βροῦτον, ὥσπερ ἦσαν ἔτι θερμοὶ τῷ φόνῳ, γυμνὰ τὰ ξίφη δεικνύντες, ἅμα πάντες ἀπὸ τοῦ βουλευτηρίου συστραφέντες ἐχώρουν εἰς τὸ Καπιτώλιον, οὐ φεύγουσιν ἐοικότες, ἀλλὰ μάλα φαιδροὶ καὶ θαῤῥαλέοι, παρακαλοῦντες ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν τὸ πλῆθος, καὶ προσδεχόμενοι τοὺς ἀρίστους τῶν ἐντυγχανόντων. Ἔνιοι δὲ καὶ συνανέβαινον αὐτοῖς, καὶ κατεμίγνυσαν ἑαυτοὺς, ὡς μετεσχηκότες τοῦ ἔργου, καὶ προσεποιοῦντο τὴν δόξαν· ὧν ἦν καὶ Γάϊος Ὀκταούϊος καὶ Λέντλος Σπινθήρ. Οὗτοι μὲν οὖν τῆς ἀλαζονείας δίκην ἔδωκαν ὕστερον, ὑπ' Ἀντωνίου καὶ τοῦ νέου Καίσαρος ἀναιρεθέντες, καὶ μηδὲ τῆς δόξης,[2] δι' ἣν ἀπέθνησκον, ἀπολαύσαντες, ἀπιστίᾳ τῶν ἄλλων. Οὐδὲ γὰρ οἱ κολάζοντες αὐτοὺς, τῆς πράξεως, ἀλλὰ τῆς βουλήσεως, τὴν δίκην ἔλαβον. Μεθ' ἡμέραν δὲ τῶν περὶ Βροῦτον κατελθόντων καὶ ποιησαμένων λόγους, ὁ μὲν δῆμος, οὔτε δυσχεραίνων, οὔτε, ὡς ἐπαινῶν τὰ πεπραγμένα, τοῖς λεγομένοις προσεῖχεν, ἀλλ' ὑπεδήλου τῇ πολλῇ σιωπῇ, Καίσαρα μὲν οἰκτείρων, αἰδούμενος δὲ Βροῦτον. Ἡ δὲ σύγκλητος ἀμνηστίας τινὰς[3] καὶ συμβάσεις πράττουσα πᾶσι, Καίσαρα μὲν ὡς θεὸν τιμᾷν ἐψηφίσαντο, καὶ κινεῖν μηδὲ τὸ σμικρότατον, ὧν ἐκεῖνος ἄρχων ἐβούλευσε· τοῖς δὲ περὶ Βροῦτον ἐπαρχίας τε διένειμε, καὶ τιμὰς ἀπέδωκε πρεπούσας· ὥστε πάντας οἴεσθαι, τὰ πράγματα κατάστασιν ἔχειν, καὶ σύγκρισιν ἀπειληφέναι τὴν ἀρίστην.

CAP. LXVIII.

Cæsaris testamento publicato populus mutilatum corpus conspicatus congesto raptim rogo in foro corpus comburit, cum titionibus per urbem discurrit, ad domos conjuratorum incendendas, et Cinnam quendam, quem pro alio Cinna ex conjuratis habet, dilaniat. Cassius et Brutus præ metu ex urbe discedunt.

Ἐπεὶ δὲ, τῶν διαθηκῶν τῶν Καίσαρος ἀνοιχθεισῶν, εὑρέθη δεδομένη

NOTÆ

1 Ἀντ.] Antonius erat consul, Lepidus magister equitum.

2 Τῆς δόξης, quod Cæsarem peremissent: ἀπιστίᾳ, quia nemo credebat, eos id fecisse: ἀλλὰ τῆς βουλήσεως, non propter factum, quod ab ipsis non esse profectum, constabat inter omnes, sed ob voluntatem, quod affectassent gloriam, ut inter peremtores Cæsaris haberentur, iique viderentur esse, qui cædem patrare voluissent. *Reiske.*

3 Ἀμνηστίας τινὰς] Cicerone suasore.

Ῥωμαίων ἑκάστῳ δόσις ἀξιόλογος,[1] καὶ τὸ σῶμα κομιζόμενον δι' ἀγορᾶς ἐθεάσαντο ταῖς πληγαῖς διαλελωβημένον, οὐκ ἔτι κόσμον εἶχεν, οὐδὲ τάξιν αὐτῶν[2] τὸ πλῆθος, ἀλλὰ τῷ μὲν νεκρῷ περισωρεύσαντες ἐξ ἀγορᾶς βάθρα καὶ κιγκλίδας καὶ τραπέζας, ὑψῆψαν αὐτοῦ[3] καὶ κατέκαυσαν· ᾁράμενοι δὲ δαλοὺς διαπύρους ἔθεον ἐπὶ τὰς οἰκίας τῶν ἀνῃρηκότων καταφλέξοντες, ἄλλοι δ' ἐφοίτων πανταχόσε τῆς πόλεως, συλλαβεῖν καὶ διασπάσασθαι τοὺς ἄνδρας ζητοῦντες. Οἷς ἐκείνων μὲν οὐδεὶς ἀπήντησεν, ἀλλ' εὖ πεφραγμένοι πάντες ἦσαν. Κίννας[4] δέ τις τῶν Καίσαρος ἑταίρων ἔτυχε μὲν, ὥς φασι, τῆς παρῳχημένης νυκτὸς ὄψιν ἑωρακὼς ἄτοπον. Ἐδόκει γὰρ ὑπὸ Καίσαρος ἐπὶ δεῖπνον καλεῖσθαι· παραιτούμενος δ', ἄγεσθαι τῆς χειρὸς ὑπ' αὐτοῦ, μὴ βουλόμενος, ἀλλ' ἀντιτείνων. Ὡς δ' ἤκουσεν, ἐν ἀγορᾷ τὸ σῶμα καίεσθαι τοῦ Καίσαρος, ἀναστὰς ἐβάδιζεν ἐπὶ τιμῇ, καίπερ ὑφορώμενος τὴν ὄψιν ἅμα καὶ πυρέττων· καί τις, ὑφθέντος αὐτοῦ, τῶν πολλῶν ἔφρασεν ἑτέρῳ τοὔνομα πυνθανομένῳ, κἀκεῖνος ἄλλῳ, καὶ διὰ πάντων εὐθὺς ἦν,[5] ὡς οὗτός ἐστιν ὁ ἀνὴρ τῶν ἀνῃρηκότων Καίσαρα· καὶ γὰρ ἦν τις ὁμώνυμος ἐκείνῳ Κίννας ἐν τοῖς συνωμοσαμένοις, ὃν τοῦτον εἶναι προλαβόντες, ὥρμησαν εὐθὺς καὶ διέσπασαν ἐν μέσῳ[6] τὸν ἄνθρωπον. Τοῦτο μάλιστα δείσαντες[7] οἱ περὶ Βροῦτον καὶ Κάσσιον, οὐ πολλῶν ἡμερῶν διαγενομένων, ἀπεχώρησαν ἐκ τῆς πόλεως. Ἃ δὲ καὶ πράξαντες καὶ παθόντες ἐτελεύτησαν, ἐν τοῖς περὶ Βρούτου γέγραπται.

CAP. LXIX.

Interfectus est Cæsar LVI. annos natus, quatuor annos post Pompeii mortem. Omnes ejus interfectores violenta morte perierunt. Cometa magnus post Cæsaris mortem visus, solis insolitus per annum pallor, spectrum Bruto prius in Asia, tum vero Philippis visum (ubi Brutus priori prælio victor, posteriori victus se ipsum interemit) Cæsaris necem Diis invisam fuisse docent.

Θνήσκει δὲ Καῖσαρ, τὰ μὲν πάντα γεγονὼς ἔτη πεντήκοντα καὶ ἓξ,

NOTÆ

1 Δόσις ἀξιόλογος] *Populo hortos circa Tiberim publice, et viritim trecenos sestertios legavit.* Suet. Jul. c. 83.

2 Αὐτῶν τὸ πλῆθος] *Romanorum multitudo et vulgus.* Vox αὐτῶν abesse quidem potest, sed non opus est conjectura.

3 Αὐτοῦ] Sc. *τόπου, ibi statim, in foro*, non in campo Martio, ubi decebat corpus cremari, et apparatus cremationis factus jam erat, ut notant Solanus et Reiske.

4 Κίννας] Intelligatur C. Helvius Cinna. Inter conjuratos fuerat Cornelius Cinna, prætor.

5 Ἦν] Reiske mavult ᾖει, *ibat per omnes.*

6 Ἐν μέσῳ] Subaudi τῶν διασπαραττόντων, inter manus, alii huc, alii illuc tractantes et raptantes. *Reiske.*

7 Δείσαντες] Sc. καὶ περὶ ἑαυτῶν. R.

Πομπηΐῳ δ' ἐπιβιώσας οὐ πολὺ πλέον ἐτῶν τεσσάρων· ἣν δὲ τῷ βίῳ παντὶ ἀρχὴν καὶ δυναστείαν διὰ κινδύνων τοσούτων διώκων μόλις κατειργάσατο, ταύτης οὐδὲν ὅτι μὴ τοὔνομα μόνον καὶ τὴν ἐπίφθονον καρπωσάμενος[1] δόξαν παρὰ τῶν πολιτῶν. Ὁ μέντοι μέγας αὐτοῦ δαίμων, ᾧ παρὰ τὸν βίον ἐχρήσατο, καὶ τελευτήσαντος ἐπηκολούθησε τιμωρὸς τοῦ φόνου, διά τε γῆς πάσης καὶ θαλάσσης ἐλαύνων καὶ ἀνιχνεύων ἄχρι τοῦ μηδένα λιπεῖν τῶν ἀπεκτονότων,[2] ἀλλὰ καὶ τοὺς καθ' ὁτιοῦν, ἢ χειρὶ τοῦ ἔργου θιγόντας, ἢ γνώμῃ μετασχόντας ἐπεξελθεῖν. Θαυμασιώτατον δὲ τῶν μὲν ἀνθρωπίνων τὸ περὶ Κάσσιον· ἡττηθεὶς γὰρ ἐν Φιλίπποις, ἐκείνῳ τῷ ξιφιδίῳ διέφθειρεν ἑαυτόν, ᾧ κατὰ Καίσαρος ἐχρήσατο· τῶν δὲ θείων ὅ τε μέγας κομήτης (ἐφάνη[3] γὰρ ἐπὶ νύκτας ἑπτὰ μετὰ τὴν Καίσαρος σφαγὴν διαπρεπὴς, εἶτ' ἠφανίσθη) καὶ τὸ περὶ τὸν ἥλιον ἀμαύρωμα τῆς αὐγῆς.[4] Ὅλον γὰρ ἐκεῖνον τὸν ἐνιαυτὸν ὠχρὸς μὲν ὁ κύκλος καὶ μαρμαρυγὰς οὐκ ἔχων ἀνέτελλεν, ἀδρανὲς δὲ καὶ λεπτὸν ἀπ' αὐτοῦ κατῄει τὸ θερμόν· ὥστε τὸν μὲν ἀέρα δνοφερὸν καὶ βαρὺν ἀσθενείᾳ τῆς διακρινούσης αὐτὸν ἀλέας ἐκφέρεσθαι, τοὺς δὲ καρποὺς ἡμιπέπτους καὶ ἀτελεῖς ἀπανθῆσαι καὶ παρακμάσαι διὰ τὴν ψυχρότητα τοῦ περιέχοντος. Μάλιστα δὲ τὸ Βρούτῳ γενόμενον φάσμα τὴν Καίσαρος ἐδήλωσε σφαγὴν οὐ γενομένην θεοῖς ἀρεστήν· ἦν δὲ τοιόνδε· μέλλων τὸν στρατὸν ἐξ Ἀβύδου διαβιβάζειν εἰς τὴν ἑτέραν ἤπειρον, ἀνεπαύετο νυκτὸς, ὥσπερ εἰώθει, κατὰ σκηνὴν, οὐ καθεύδων, ἀλλὰ φροντίζων περὶ τοῦ μέλλοντος. Λέγεται γὰρ οὗτος ἀνὴρ ἥκιστα δὴ τῶν στρατηγῶν ὑπνώδης γενέσθαι, καὶ πλεῖστον ἑαυτῷ χρόνον ἐγρηγορότι χρῆσθαι πεφυκώς. Ψόφου δέ τινος αἰσθέσθαι περὶ τὴν θύραν ἔδοξε, καὶ πρὸς τὸ τοῦ λύχνου φῶς ἤδη καταφερομένου σκεψάμενος, ὄψιν εἶδε φοβερὰν ἀνδρὸς ἐκφύλου τὸ μέγεθος, καὶ χαλεποῦ τὸ εἶδος. Ἐκπλαγεὶς δὲ τὸ πρῶτον, ὡς ἑώρα μήτε πράττοντά τι, μήτε φθεγγόμενον, ἀλλ' ἑστῶτα σιγῇ παρὰ τὴν κλίνην, ἠρώτα, ὅστις ἐστίν. Ἀποκρίνεται δ' αὐτῷ τὸ φάσμα· Ὁ σὸς, ὦ Βροῦτε, δαίμων κακός· ὄψῃ[5] δέ με περὶ Φιλίππους. Τότε μὲν οὖν ὁ Βροῦτος εὐθαρσῶς· Ὄψομαι,

NOTÆ

1 Οὐδὲν—καρπωσ.] Ne annum quidem post Pompeianos in Hispania victos sine bello imperium exercens.

2 Ἀπεκτονότων] Percussorum autem fere neque triennio quisquam amplius supervixit neque sua morte defunctus est.—Alius alio modo periit: pars naufragio, pars prælio; nonnulli semet eodem illo pugione, quo Cæsarem violaverant, interemerunt. Suet. c. 89., ubi vide Casaubonum.

3 Ἐφάνη] Ipsis ludis, quos primo consecratos ei hæres Augustus edebat.

4 Τὸ περὶ τὸν ἥλ.—] De hoc solis quasi defectu vid. Virg. Ge. I. 466.

5 Ὄψῃ] Ms. Par. ὄψει.

εἶπε· καὶ τὸ δαιμόνιον εὐθὺς ἐκποδὼν ἀπῄει. Τῷ δ' ἱκνουμένῳ χρόνῳ περὶ τοὺς Φιλίππους ἀντιταχθεὶς Ἀντωνίῳ καὶ Καίσαρι, τῇ μὲν πρώτῃ μάχῃ κρατήσας τὸ καθ' ἑαυτὸν ἐτρέψατο καὶ διεξήλασε, πορθῶν τὸ Καίσαρος στρατόπεδον· τὴν δὲ δευτέραν αὐτῷ μάχεσθαι μέλλοντι φοιτᾷ τὸ αὐτὸ φάσμα τῆς νυκτὸς αὖθις, οὐχ ὥστε τι προσειπεῖν, ἀλλὰ συνεὶς ὁ Βροῦτος τὸ πεπρωμένον, ἔῤῥιψε φέρων ἑαυτὸν εἰς τὸν κίνδυνον. Οὐ μὴν ἔπεσεν ἀγωνιζόμενος, ἀλλὰ τῆς τροπῆς γενομένης, ἀναφυγὼν πρός τι κρημνῶδες, καὶ τῷ ξίφει γυμνῷ προσβαλὼν τὸ στέρνον, ἅμα καὶ φίλου τινὸς, ὥς φασιν, ἐπιῤῥώσαντος τὴν πληγὴν, ἀπέθανεν.

JOSEPHI SCALIGERI

NOTITIA GALLIÆ.

Ante tempora Augusti, qui de imperii Romani Provinciis scripserunt, in divisione Galliarum nunquam Provinciam Narbonensem comprehendunt, quæ intra Alpes, Jurassum montem, Cebennas, Tarnim fluvium, Garumnam, Pyrenæorum initium, et mare Massilioticum continebatur. Itaque cum apud illos scriptores Galliarum mentio occurrit, excipe semper Narbonensem, si res gestæ ante imperium Augusti memorantur. Et quidem unus omnium Romanorum C. Cæsar, ut Gallias arbitrio armorum subegit, ita etiam suo illas divisit; in Belgas, a Rheno ad Sequanam: hinc ad Garumnam, in Celtas: quod reliquum est, intra Garumnam, Pyrenæos, et mare Oceanum, in Aquitanos. Sed hæc tertia pars, cum alterutra priorum comparata, adeo exigua visa est, ut alia divisio instituenda fuerit. Itaque Augustus non solum illam divisionem castigavit, sed in nova Galliarum divisione instituenda etiam Provinciam Narbonensem complexus est; quicquid intra Alpes, mare Mediterraneum, et Oceanum, et Rhenum continetur, uno Galliarum nomine comprehendens, et quicquid intra illos fines situm est, in decem et septem Provincias partitus est, Belgicam primam, Belgicam secundam, Germaniam primam, Germaniam secundam, Lugdunenses quatuor, Maximam Sequanorum, Viennensem, Alpes Graias et Pœninas, Alpes maritimas, primam Aquitaniam, secundam Aquitaniam, Novempopulaniam. Postea

Constantinus Magnus institutis quatuor præfectis prætorio, duobus in Oriente, totidem in Occidente, alterum Occidentis in urbe Roma, alterum in urbe Treverensi collocavit, qui præfectus prætorio Galliarum vocatus fuit. Et quia per occupationes Imperii in illis urbibus perpetuo hærere illis non licebat, vicarii aliquot eis attributi sunt, qui eadem potestate provinciis jus redderent. Præfecto igitur prætorii Galliarum tres vicarii dati. Primo sedes data Treveris, secundo Lugduni, tertio Viennæ. Itaque ut horum vicariorum magna erat auctoritas, ita urbium quoque, in quibus sedem habebant, maxima claritas. Treverensi vicario parebant primæ et secundæ Germania et Belgica, et tota Britannia insula. Lugdunensi, quatuor Lugdunenses, cum maxima Sequanorum. Viennensi primæ et secundæ Narbonensis et Aquitania, Alpes Graiæ et Pœninæ, Alpes maritimæ, Novempopulania. Totum hoc, quod unius vicarii jurisdictioni subjacet, Latini quomodo designarint, non memini: sed Græci ἐξαρχίαν, διοίκησιν, πατριὰν vocant. Regnorum vices multa in hac divisione immutarunt, sed status Ecclesiasticus tam in Oriente quam in Occidente ejus integra vestigia hactenus retinuit. Nam civitates, quæ Provinciis nomina fecerunt, μητροπόλεις vocant: et si in eis sedes fuerit vicarii, quem ἔξαρχον vocabant, eas non solum μητροπόλεις, sed et ἐξαρχίας et πατριαρχίας vocant: et præsules earum ἐξάρχους καὶ πατριάρχας: reliquos μητροπολίτας, καὶ ἀρχιεπισκόπους, qui sub se tantum ἐπισκόπους habent: nam οἱ ἔξαρχοι sub se præter episcopos μητροπολίτας habent, μητροπολῖται vero tantum ἐπισκόπους. In Ecclesia Latina Archiepiscoporum et nomen et jus manet, et jurisdictio Canonica in suos episcopos suffraganeos, sed ἐξάρχων nulla vestigia extant: nisi forte quædam umbra ejus fuerit, quod metropolita sive archiepiscopus Viennensis primatem primatum sese vocat. Eo enim ostendit sub se primates habuisse, qui sub eo essent, Narbonensem primatem Provinciæ, Bituricensem primatem Aquitaniæ. Aliter quomodo aut quo jure primas primatum diceretur, nisi ratione diœceseos Vicarii Viennensis præfecti prætorio, qui septem provincias sub se habebat, in quibus

prima Narbonensis, et prima Aquitania? Quod vero Lugdunensis primatem sese vocari gaudeat, nuperum et novitium est, et illi ex beneficio Pontificis Rom. indultum. Neque tamen novum est. Nam Guilielmus Brito in suo Philippeide ita canit:

> 'Et Lugdunensis, quo Gallia tota solebat,
> Ut fama est, Primate regi.'

At primas primatum antea dici jure non potuit, quia nullam primam Provinciam sub se habebat. Viennensis primas quidem primatum vocari vult, sed causam tam ille, quam omnis ecclesia ignorat. Hæc divisio Galliarum, ut omnium antiquissima, ita certissima nobis sequenda erat, neque ulla melior quærenda a nobis erat, si integræ illæ ἐξαρχίαι adhuc finibus Regni Francorum continerentur, ut olim sub Karolo Magno, et ejus filio, et nepotibus. Sed quia ex illo amplissimo imperio multæ Provinciæ detractæ sunt, alia nobis tributio instituenda. Galliæ igitur sive Franciæ imperium octo tribunalibus temperatur, quæ jus reddunt Provinciis suis, a quibus Tribunalibus provocatio non est. Quorum et majestas augustissima est, et auctoritas sacrosancta. Parlamenta Galli idiomate suo vocant. Non possumus meliorem nostræ partitionis rationem inire, quam si in octo hæc Parlamenta omne Francorum regnum dividam, et ea in Provincias suas. Per Provincias autem non, ut hodie, a regibus instituuntur, quia quot reges, tot mutationes Provinciarum et nomina, aut regimina eorum oriuntur: sed per diœceses Ecclesiasticas et Episcopatus procedet divisio nostra: quia hoc modo non discedemus a prisca Romani imperii notitia. Quod si quidam novi episcopi instituti sunt, aut Metropolitæ, hoc non nocet veteri Romanæ dispositioni: modo constet unde illi episcopatus abscissi sint. Nam certum est, cum episcopatus novi instituuntur, veteres minui tantum, quantum ex illis abscissum in novam diœcesim confertur. Vetustissimum igitur Tribunal Parisiense est, idque primo unicum in regno fuit, et reliqua ad ejus exemplum temporibus posterioribus instituta.

Sub Parisiensi Parlamento Diœceses sunt xxx. in his Episcopatus xxv. Archiepiscopatus quinque.

Episcopatus octo, suffraganei Remensi Metropolitæ, sive Archiepiscopo.

I. *Laudunensis.* Dux et Par Franciæ, olim Laudunum Clavatum, vulgo *Laon.*

II. *Catalaunensis.* Comes et Par Franciæ. *Chaalon.*

III. *Suessonensis.* Olim Augusta Suessonum. *Soissons.*

IV. *Morinensis.* Teroana Morinorum. Retinet nomen, quanquam deleta a Karolo V. Ejus episcopalis sedes Bononiam translata, ubi est navale, veteribus Gessoriacus dictum.

V. *Ambianensis.* Samarobriva Ambianorum. *Amiens.*

VI. *Noviomagensis.* Comes et Par Franciæ. *Noion.* Noviomagus Vadicassium Ptolemæo. Vulgo Ecclesiasticorum Noviomus dicitur per compendium, ut Tresses pro Tricasses.

VII. *Silvanectensis. Senlis.* Silvanectum.

VIII. *Bellovacensis.* Cæsaromagus Bellovacorum. Comes et Par Franciæ. *Beauvais.*

Septem Episcopatus sub Metropoli Senonensi.

IX. *Parisiensis.* Lutetia Parisiorum. Caput totius Francorum regni.

X. *Carnutensis*] Autricum Carnutum. *Chartres.*

XI. *Aurelianensis.* Genabum Aurelianorum. *Orleans.* Inepte vocant Aureliam. Temporibus C. Cæsaris hæc urbs Carnutibus accensebatur, et Autrico parebat.

XII. *Nivernensis. Nevers.* Noviodunum Nivernensium.

XIII. *Autissiodorensis. Ausserre.* Autissiodorum.

XIV. *Tricassensis.* Augustobona Tricassium. *Troies en Champaigne.* Vulgo Ecclesiastico Tresses corrupte, ut Noviomus pro Noviomagus.

XV. *Meldensis.* Jatinum Medorum. *Meaux.*

Quatuor Episcopi sub Metropoli Burdigalensi.

XVI. *Pictaviensis.* Augustoritum Pictorum. *Poitiers.*

XVII. *Maleacensis.* Novus Episcopatus ex Monasterio, delibatus ex diœcese Pictaviensi. *Maillezês.*

XVIII. *Luxonensis.* Lusson. Novus Episcopatus ex Monasterio, detractus ex Pictaviensi.

XIX. *Enculisma.* Ausonio Eculisma. *Engoulesme.*

Duo Episcopatus sub Metropoli Turonensi.

XX. *Andegavensis. Angiers.* Juliomagus Andicavorum. In Ptolemæo excusum est ἀνδικαοῖναι, pro ἀνδικαοῦαι.

XXI. *Cenomanensis. Le Mans.* Vindicum Aulercorum Cenomanorum.

Duo Episcopatus sub Metropoli Bituricensi.

XXII. *Claromontensis. Clermont.* Augustonemetum Alvernorum. Sidonio ejus urbis Episcopo dicitur tantum Alvernum.

XXIII. *Sancti Flori. Sainct Flour.* Novus Episcopatus, delibatus ex Claromontensi.

Duo Episcopatus sub Metropoli Lugdunensi.

XXIV. *Lingonensis. Langres.* Dux et Par Franciæ. Andomatunum Lingonum.

XXV. *Matisconensis. Mascon.* Matisco Eduorum. Cæsar in extremo Commentario VII.

Quinque Metropoles, sive Archiepiscopatus.

XXVI. *Remensis.* Dux et primus Par Franciæ. Secunda Belgica. Durocortorum Remorum. *Reims.*

XXVII. *Senonensis.* Agendicum Senonum. Quarta Lugdunensis. *Sens.*

XXVIII. *Bituricensis.* Primas Aquitaniæ. Avaricum Biturigum Cuborum. Prima Aquitania. *Bourges.*

In Decreto Gratiani vocatur Patriarcha, et aliquando legimus hunc titulum ipsos Bituricenses Præsules usurpare. Sed Forojuliensis Episcopus ipse quoque vocatur Patriarcha. In vetustissimis Annalibus Franciæ: *Paulinus Patriarcha Forojuliensis obiit.*

XXIX. *Turonensis.* Tertia Lugdunensis. *Tours.* Cæsarodunum Turonum. In Ptolemæo male excusum est Τουρούπιοι, pro Τουρόνιοι.

XXX. *Lugdunensis.* Lugdunum Segusianorum. Prima Lugdunensis. *Lion.* Hodie primatus Cleri Gallicani.

Tribunal Tolosanum amplissimum institutum a Rege Karolo VII. habet sub se diœceses unam et triginta, Episcopatus in his XXIIX. Archiepiscopatus tres.

Sub Metropoli Narbonensi Episcopatus novem.

I. *Nemausensis.* Nemausus Volcarum Arecomicorum. *Nismes.*

II. *Ucetiensis. Usetz.* Ucetensium civitas.

III. *Lutevensis.* Luteva. *Lodeve.*

IV. *Sancti Pontii Tomeriarum. Sainct Pont de Tomieres.*

V. *Aletensis. Alet.* Pro quo in Decreto et Decretalibus aliquando perperam editum est, *Arelatensis.* Civitas Aletensium.

VI. *Magalonensis. Mompelier.* Ab insula Magalone, ubi prius fuit sedes Episcopalis, in Volcis Arecomicis.

VII. *Bitierensis. Besiers.* Bitieræ, aut Biteræ Septimanorum in Arecomicis. Ptolemæo βαιτίραι.

VIII. *Agathensis. Agde.* Ἀγαθὴ τύχη. A Massiliensibus Græcis condita in Volcis Arecomicis.

IX. *Carcassonensis. Carcassone.* Carcasso Volcarum Tectosagum.

Sub Metropoli Bituricensi Episcopatus septem.

X. *Mimatensis. Mende.* Vicus Mimates Gabalorum, vel Gabalitanorum, *Mende de Girauldan.* Nam syllabam GA primam in vocibus Galli mutant in GI, Gabalitanum, *Givauldan:* Gabalum, *Gibet:* Garumna, *Gironde:* quam etiam Gerunnam vocat Guilielmus Brito in sua Philippeide: *Quum post retrofluum pelago crescente Gerunnam.*

XI. *Castrensis. Castres.* Episcopatus novus.

XII. *Albigensis. Albi.* Civitas Albigensium.

XIII. *Aniciensis. Le Pui en Velay.* Civitas Velaunorum.

XIV. *Rutenensis. Rodés.* Segodunum Rutenorum.

XV. *Vabrensis. Vabres.* Novus Episcopatus ex Monasterio, abscissus a Rutensi.

XVI. *Cadurcensis. Caors.* Divona Cadurcorum.

Sub Metropoli nova Tolosa, septem novi Episcopatus ex Monasteriis, detracti de diversis; partim singuli de singulis, partim singuli de pluribus.

XVII. *Apamiensis. Pamiers.*

XVIII. *Mirapicensis. Mirepoix.*

XIX. *Sancti Papuli. Sainct Papoul.*

XX. *Montalbanensis. Montaulban. Sainct Theodard de Montaulban.*

XXI. *Vaurensis. La Vaur.*

XXII. *Rivensis. Rieus.* Rivi. Rivense Monasterium.

XXIII. *Lombariensis. Lombés.* Lombariense monasterium.

Sub Metropoli Auscorum quatuor Episcopatus.

XXIV. *Convenensis. Sainct Bertrand de Cominge.* Lugdunum Convenarum olim ab exercitu Guntchranni Regis dirutum, et ex ejus ruinis Sancti Bertrandi Fanum in valle Capraria constructum.

XXV. *Consaranensis. Sainct Legier de Conserans.* Civitas Consarannorum.

XXVI. *Turbensis. Tarbe.* Tarba Bigerronum. In notitia Provinciarum Galliæ male editum *Turba.*

XXVII. *Lactoratensis. Laictoure.*

In Metropoli Viennensi Episcopatus unicus.

XXVIII. *Vivariensis.* Castrum Vivario Albensium, vel Elvensium. *Viviers.* Apud Cæsarem hactenus omnes interpretati sunt Albigenses. At Albigenses sunt in Aquitania ad flumen Tarnim. Albienses, vel Elvienses ad Rodanum. In Notitia Provinciarum Galliæ sub provincia Viennensi prima *Civitas Albensium, hoc est, Belisio.* Ridiculum est. Nam scripti libri habent, *Civitas Albensium, nunc Vivario.* Cæsar profecturus in Gallias per Albenses transivit in finibus provinciæ Romanorum. Atqui, ut diximus, Albigenses non erant in provincia Romana. Apud Plinium Alba Helviorum est, quæ hodie *Aubenas* vocatur in Vivariensi diœcesi, Ptolemæo ἀλβαύγουστα ἑλικωκίων. Vocat Helicocios, quos Latini Helvios. *Aubenas* autem est nomen pluralis numeri Albanates, ut a Tolosa Tolosates, a NOLA NOLATES in veteri inscriptione.

Metropoles tres.

XXIX. *Narbonensis. Narbone.* Narbo Martius. Prima Narbonensis. Secunda Viennensis.

XXX. *Auscensis.* Augusta Auscorum; Novempopuli. Civitas Novempopulania. *Auch.* Inepte vulgo Ecclesiastico Auxitanus Archiepiscopus pro Ausciorum, aut Auscorum.

XXXI. *Tolosa,* nova Metropolis detracta metropoli Narbonensi. Novempopuli, a quibus nominata est, sunt hi: Convenæ, Consaranni, Bigerrones, Lactoratenses, Vasates, Eloronenses, Lascarienses, Tarbelli, Atyrenses. Nam Lapurdenses comprehenduntur sub Tarbellis. Vide Extravagantes. Tolosa Volcarum Tectosagum.

Gratianopolitanum Tribunal a Karolo VII. institutum septennio postquam Tolosanum institutum: vulgo *Parlamentum Delfinatus.* Habet diœceses septem: in his Episcopatus quinque, Archiepiscopatus duos.

Sub Metropoli Viennensi Episcopatus tres.

I. *Valentinus. Valence.* Valentia Segalaunorum, non autem Cavarum, ut est apud Plinium.

II. *Diensis. Die.* Augusta Dia Vocontiorum in veteribus inscriptionibus. Hæ duæ diœceses ab uno Episcopo reguntur: et tamen separatæ sunt: neque altera alterius jura usurpat. In aliis codicibus dicitur Dea, non Dia: et in Notitia Provinciarum ex vestigiis priscæ lectionis videmur odorari *Civitas Deensium*: ubi hodie vitiose excusum *Civitas Athensium,* et omnino *Deensium* legendum, ut diximus: quia alioquin hæc Civitas desideraretur.

III. *Gratianopolitanus. Grainoble.* a Gratiano imperatore ita dicta, cum antea Cularo vocaretur, ut in duabus egregiis inscriptionibus legimus. In epistola Planci ad Ciceronem, quæ incipit NUNQUAM MEHERCULE, in fine ita editum vulgo: *Octavo Eidus Junias, Civarone, in finibus Allobrogum.* Ubi legendum *Cularone.* In Notitia imperii ita excusum est: IN PROVINCIA GALLIA RIPANENSI: *Tribunus cohortis primæ Flaviæ Sapaudiæ Calaronæ.* Ubi legendum quoque *Cularonæ,* aut *Cularone.* Gratianopolis igitur est sedes amplissimi Senatus Delfinatensis ad flumen Isaram sita; cujus fluminis non semel meminit Plancus ad Ciceronem. Territorium illius urbis, vel potius ager suburbicarius vocatur *Graisivouldan* a vulgo Delfinatium, voce corrupta ex Gratianopolitano.

Sub nova Metropoli Arelatensi unus Episcopatus.

IV. *Tricastinensis. Sainct Antoine de Tricastin.* Augusta Tricastinorum. Aliam civitatem ponit Ptolemæus, Juliomagum Tricastinorum.

Sub Metropoli Aquensi unus Episcopatus.

V. *Vapincensis. Gap.* Vapingum. Territorium dicitur *Gapençois.*

Duæ Metropoles.

VI. *Viennensis. Vienne.* Vienna Allobrogum. Prima Viennensis.

VII. *Ebrodunensis. Ambrun.* Ebrodunum Alpium maritimarum. Quarta Viennensis. Ebrodunum Caturigum. Aliud est Ebrodunum in finibus Helvetiorum, *Iverdun.*

Tribunal Burdegalense institutum primo a Karolo VII.; annis quatuor post Tolosanum. Cum autem per populares factionis Anglicæ rebellassent Burdigalenses, armis iterum a Karolo Burdegala recepta, multati sunt privilegiis suis, et Tribunali, et a decuria Senatus Parisiensis tamdiu recti sunt, donec Ludovicus XI. iterum tribunal restituit. Hinc factum, ut Senatus Burdigalensis, qui antea tempore Gratianopolitanum antecedebat, nunc posterior sit, et quartus in ordine supremorum Senatuum Galliæ. Habet sub se Episcopatus undecim, metropolim unam, ipsam scilicet Burdegalam.

Sub Metropoli Auscorum Episcopatus quatuor.

I. *Baionensis. Baionne.* Baiona Lapurdensium in Tarbellis. Nam totus ille tractus Syrtium, quas Landas vocant, dicitur Lapurdum Sidonio: hodie *Labord.*

II. *Aquensis. Aqs.* Aquæ Tarbellicæ. Aquæ Tarbellorum.

III. *Vasatensis. Basats.* Vasconice, *B* pro *V.* Cossio Vasatum.

IV. *Adurensis. Aire.* Atyrensium civitas, vel Aturensium, a flumine Atyro, vel Aturo. Vide Lectiones Ausonianas.

Sub Metropoli Burdigalensi Episcopatus quinque.

V. *Xantonensis. Saintonge.* Mediolanum Xantonum, vel Santonum.

VI. *Petrocoriensis. Perigueux.* Vesuna Petrocoriorum. Etiam hodie vetus oppidum illius Civitatis vocatur Vesuna: et turris vetustissimæ structuræ.

VII. *Sarlatensis. Sarlat.* Novus Episcopatus detractus Petrocoriensi.

VIII. *Agennensis. Agen.* Aginnum Nitiobrigum. In Plinio male excusum, *Antobroges Tarneg amne discreti a Tolosanis.* Legendum enim: *Nitiobriges Tarno amne.* Vide lectiones Ausonianas. In libro Hieronymi de claris scriptoribus dicitur *Agennum* ut vulgo: sed Ptolemæo et Ausonio Aginnum per *i.*

IX. *Condomiensis. Condom.* Novus Episcopatus in pago Aginnensi ultra Garumnam, ex monasterio, delibatus de Aginnensi.

Sub Metropoli Bituricensi Episcopatus duo.

X. *Lemovicensis. Limoges.* Ratiastum Lemovicum.

XI. *Tutelensis. Tulle.* Novus Episcopatus ex monasterio, deminutus de Lemovicensi.

Metropolis unica.

XII. *Burdigalensis. Bourdeaus.* Burdigala Biturigum Viviscorum. Secunda Aquitania.

Tribunal Aquense, institutum a Ludovico XII. Sub eo sunt diœceses tredecim: in quibus Episcopatus undecim, Archiepiscopatus duo.

Sub Metropoli Ebrodunensi Episcopatus quinque.

I. *Diniensis. Dine.* Dinia Sentiorum, aut Ebroduntiorum.

II. *Grassensis. Grasse.*

III. *Glandatensis. Glandeve.* Glannate.

IV. *Sanitiensis. Senas.* Sanitium Vesdiantiorum in Alpibus maritimis.

V. *Ventiensis. S. Paul de Vences.* Ventium Nerusiorum in Alpibus maritimis.

Sub Metropoli Aquensi quatuor Episcopatus.

VI. *Aptensis. Apt.* Apta Julia Vulgientium. Male Athensium in Notitia Provinciarum pro Aptensium.

VII. *Reiensis. Riës.* Male apud Sidonium et alios Regiensis. Civitas Reiensium.

VIII. *Forojuliensis. Frejus.* Forum Julium, Octavanorum coloniæ Pacensis classica.

IX. *Cesteronensis. Cisteron.* Cestero. Excusum tamen *Cessero* in Notitia Provinciarum. Segestoriorum civitas.

Sub nova Metropoli Arelatensi Episcopatus duo.

X. *Massilia. Marseille.* Urbs Græcorum Phocæensium.

XI. *Telonensis. Toulon.* Telonum.

Duæ Metropoles.

XII. *Aquensis. Aix.* Aquæ Sextiæ Salyorum. Secunda Narbonensis. Tertia Viennensis. Sedes Parlamenti.

XIII. *Arelatensis. Arles.* Arelate Salyorum. Arelate Sextanorum. Nova Metropolis : neque mihi constat quando instituta ; nam ante trecentos annos erat sub Viennensi.

Divionense Tribunal, institutum a Ludovico XII. Sub eo duo Episcopatus. Divio Castrum vocatur in Martyrologiis vetustissimis.

Sub Metropoli Lugdunensi Episcopatus duo.

I. *Augustodunensis. Austun.* Augustodunum Eduorum.

II. *Cabillonensis. Challon sur Saone.* (Ita scribi debet Gallice, non *Chaalon.* Nam hoc est Catalaunum.) Caballinum, vel Caballionum Eduorum.

Rotomagense Tribunal, institutum a Ludovico XII. Sub quo diœceses septem : quarum sex Episcopatus : unus Archiepiscopatus.

Sub Metropoli Rotomagensi Episcopatus sex.

I. *Abrincantensis. Avrenches.* Ingena Abricantorum.

II. *Ebroicensis. Evreux.* Mediolanum Aulercorum Eburovicum.

III. *Baiocensis. Baieux.* Baiocasses.

IV. *Saiensis. Sais.* Saiorum Civitas.

V. *Constantiensis. Coutances.* Constantia.

VI. *Lexoviensis. Lisieux.*

Metropolis unica.

VII. *Rotomagensis. Rouen.* Rotomagus Venellocassum. Secunda Lugdunensis. Sedes amplissimi Senatus Normanniæ.

Tribunal Redonense in Britonibus Aremoricis, institutum ab Henrico II. memoria nostra. Sub eo sunt diœceses novem, omnes Episcopatus.

Sub Metropoli Turonensi novem Episcopatus.

I. *Briocensis. Sainct Brieu.*

II. *Machloviensis. Sainct Malo.*

III. *Leonensis. Sainct Paul de Leon.*

IV. *Nannetensis. Nantes.* Condivicinum Nannetum.

V. *Venetensis. Vannes.* Veneti satis noti Commentariis Cæsaris.

VI. *Tricoriensis. Triguier. Landtriguier.*

VII. *Curosopitensis. Cornouaille.*

VIII. *Dolensis. Dol.* Hic Episcopus habet jus pallii, et ideo locum habet inter Archiepiscopos.

IX. *Redonensis. Renes.* Condate Redonum. Sedes Parlamenti Britanniæ Aremoricæ.

Atque hi quidem sunt octo amplissimi Senatus Franciæ. Sed accrevit ditioni Regis Franciæ Senatus supremus Benearnensis, Christianissimo Henrico rege Navarræ capessente sceptrum regni Franciæ jure successorio. Tamen Benearnensis princi-

patus semper separatus fuit a ditione Francorum, et eodem jure fuit, quo regnum, quod est optimo maximo jure, id est, nulli ditioni subditum.

Tribunal Benearnense ab Henrico rege Navarræ Christianissimi Henrici Quarti avo materno institutum in castro Palo. Sub eo sunt Episcopatus duo.

Sub Metropoli Auscorum Episcopatus duo.

I. *Lascariensis. Lescar.* Civitas Lascariensium.

II. *Oloronensis. Oleron.* Eloronensium civitas.

Rursus rex potitur Civitate Mediomatricum, ubi Magistratus missus a Rege Senatui urbis præsidet.

Tribunal Mediomatricis urbis habet Episcopatus tres.

Sub Metropoli Treverensi Episcopatus tres.

I. *Metensis. Metz.* Divodurum Mediomatricum : olim sedes Regni Lotaringiæ. Luitprandus, *Metensem urbem, quæ potentissima in regno Lotarii claret.* Regnum Lotarii *Lotarrijck*, Lotaringiam vocat.

II. *Tullensis. Toul.* Tullum Leucorum.

III. *Virdunensis. Verdun.* Verodunum. In veteribus Conciliis Gallicanis aliquando *episcopus Veronensis* perperam legitur pro *Verodunensis.* Alii *Verdunum* scribunt.

Igitur hodie sub ditione Christianissimi Francorum Regis sunt Diœceses CXVI. in quibus CII. Episcopatus, XIV. Archiepiscopatus. Quia igitur nulli fines provinciarum certi sunt, Regibus pro arbitrio omnia mutantibus, ideo nobis hæc tributio omnium expeditissima visa est, quam jure secuti sumus.

Præter Diœceses CXVI. quæ hodie sub ditione sunt Regis Francorum, aliæ V. sunt intra fines Imperii Gallicani, et tamen sunt extra ditionem Francorum ; quatuor nempe in Comitatu Venitiæ, id est, Avenionensi ; et una extra Comitatum.

Comitatus Avenionensis, sive Venitiæ, Diœceses habet IV. sub ditione Pontificis Romani, in quibus Archiepiscopatus unus, Episcopatus tres.

Metropolis sive Archiepiscopatus primus.

I. Avenio. Metropolis nova. *Avignon.* Avenio Cavarum. Pontifices Romani instituerunt hanc Metropolin, cum antea suffragaretur Viennæ, ut et tres reliquæ civitates.

Episcopatus tres sub Metropoli Avenionensi.

I. Carpentoractensis. *Carpentras.* Carpentoracte Meminorum.

II. Cabillonensis. *Cavaillon du Contat.* Cabillio Cavarum Colonia.

III. Vasionensis. *Vaison.* Vasio Vocontiorum.

Extra Comitatum Avenionensem Episcopatus est

Arausionensis. *Orange. Aurange* indigenis, vulgo inepte *Aurasio* et *Auraica:* Arausio Cavarum. Hic Principatus habet hodie proprium Dynastam seu Principem ex gente illustrissima Nassawia.

Quia vero initio hujus diatribæ mentionem fecimus Galliarum, quas in XVII. Provincias Augustum tribuisse monuimus ; non possumus sine piaculo ipsas provincias transire, partim ut eam divisionem proponeremus, partim ut notitiam earum provinciarum, quæ mirifice depravata circumfertur, ex veteribus Codicibus emendatam posteritati daremus. Scito quicquid discrepat ab excusis, id a scripta lectione esse.

NOTITIA PROVINCIARUM GALLIÆ.

Provincia Lugdunensis I.

Metropolis Civitas Lugdunensium. *l'Archevesché de Lion.*

Civitas Eduorum, hoc est, Augustodunum. *l'Evesché d'Autun.*

Civitas Lingonum. *l'Evesché de Langres.*

Castrum Matisconense. *l'Evesché de Mascon.*

Castrum Caballionense. *l'Evesché de Challon sur Saosne.*

Provincia Lugdunensis II.

Metropolis Civitas Rotomagensium. *l'Archevesché de Rouen.*

Civitas Baiocassium. *l'Evesché de Baieux.*

Civitas Abrincatorum. *l'Evesché d'Avranches.*

Civitas Saiorum. *l'Evesché de Sés, ou Sais.*

Civitas Lexoviorum. *l'Evesché de Lisieus.*

Civitas Constantiensium. *l'Evesché de Coutances.*

Provincia Lugdunensis III.

Metropolis Civitas Turonorum. *l'Archevesché de Tours.*

Civitas Cennomannorum. *l'Evesché du Mans.*

Civitas Redonum. *l'Evesché de Renes.*

Civitas Andegavorum. *l'Evesché d' Angiers.*

Civitas Nannetum. *l'Evesché de Nantes.*

Civitas Curosopitorum. *l'Evesché de Cornouaille.*

Civitas Ciantium, id est, Venetorum. *l'Evesché de Vennes, ou Vannes.*

Civitas Osismiorum.

Civitas Diablintum, id est, Carifes.

Provincia Lugdunensis IV.

Metropolis Civitas Senonum. *l'Archevesché de Sens.*

Civitas Carnutum. *l'Evesché de Chartres.*

Civitas Autisiodorum. *l'Evesché d'Auxerre.*

Civitas Trecassium. *l'Evesché de Troies.*

Civitas Aurelianorum. *l'Evesché d'Orleans.*

Civitas Parisiorum. *l'Evesché de Paris.*

Civitas Meldorum. *l'Evesché de Meaux.*

Provincia Lugdunensis V.

Metropolis Civitas Crispolinorum, id est, Vesuntio. *l'Archevesché de Besançon.*

Civitas Equestrium, id est, Nevidunum. *La ville de Nion entre Geneve et Lausanne.*

Civitas Elvicorum, id est, Aventicum. *Avanches.*

Civitas Basiliensium.

Castrum Viridunense.

Castrum Ebrodunense.

Castrum Argentariense.

Castrum Rauricense.

Portus Abucina.

Provincia Belgica I.

Metropolis Civitas Treverorum. *l'Archevesché de Treves.*

Civitas Mediomatricum, hoc est, Metis. *l'Evesché de Metz.*

Civitas Leucorum, id est, Tullo. *l'Evesché de Toul.*

Civitas Verdonensium. *l'Evesché de Verdun.*

Provincia Belgica II.

Metropolis Civitas Remorum. *l'Archevesché de Reims.*

Civitas Suessonum. *l'Evesché de Soissons.*

Civitas Catalaunorum. *l'Evesché de Chaalon.*

Civitas Veromanduorum. *La ville de Sainct Quentin en Vermandois.*

Civitas Atrebatum. *l'Evesché d'Arras.*

Civitas Cameracensium. *l'Evesché de Cambrai.*

Civitas Tornacensium. *l'Evesché de Tournay.*

Civitas Silvanectum. *l'Evesché de Senlis.*

Civitas Bellovacorum. *l'Evesché de Beauvais.*

Civitas Ambianensium. *l'Evesché d'Amiens.*

Civitas Morinorum, id est, Ponticum. *l'Evesché de Terouane.*

Civitas Bononiensium. *La ville de Bouloigne sur mer.*

Provincia Germanica I.

Metropolis Civitas Magontiacensium.

Civitas Argentoratensium. Stratiburgo.

Civitas Nemetum, hoc est, Spira.

Civitas Wangionum, hoc est, Warmacia.

Provincia Germanica II.

Metropolis Civitas Agrippinensium, hoc est, Colonia.

Civitas Tungrorum. *La ville de Tungres.*

Provincia Viennensis I.

Metropolis Civitas Viennensium. *l'Archevesché de Vienne.*

Civitas Genevensium. *l'Evesché de Geneve.*

Civitas Gratianopolitanorum. *l'Evesché de Grenoble.*

Civitas Deensium. *l'Evesché de Die.*

Civitas Valentinorum. *l'Evesché de Valence.*

Civitas Tricastinorum. *l'Evesché de Sainct Antoine de Tricastin.*

Civitas Vasionensium. *l'Evesché de Vaison.*

Civitas Arausicorum. *l'Evesché d'Aurange.*

Civitas Carpentoractensium, nunc Vindausica. *l'Evesché de Carpentras.*

Civitas Caballicorum. *l'Evesché de Cabaillon.*

Civitas Avennicorum. *l'Archevesché d'Avignon.*

Civitas Arelatensium. *l'Archevesché d'Arles.*

Provincia Viennensis II.

Metropolis Civitas Narbonensium. *l'Archevesché de Narbone.*

Civitas Tolosatium. *l'Archevesché de Tolose.*

Civitas Agathensium. *l'Evesché d'Agde.*

Civitas Aletensium. *l'Evesché d'Alet.*

Civitas Beteriensium. *l'Evesché de Besiers.*

Civitas Magalonensium. *l'Evesché de Magalone, ou Mompelier.*

Civitas Nemausensium. *l'Evesché de Nimes.*

Castrum Luteva. *l'Evesché de Lodeve.*

Castrum Ucetiense. *l'Evesché d'Usetz.*

Provincia Viennensis III.

Metropolis Civitas Aquensium. *l'Archevesché d'Aix.*

Civitas Reiensium, id est, Reius. *l'Evesché de Riës.*

Civitas Aptensium. *l'Evesché d'Apt.*

Civitas Forojuliensium. *l'Evesché de Frejus.*

Civitas Wapincensium. *l'Evesché de Gap.*

Civitas Segestoriorum. *l'Evesché de Sisteron.*

Civitas Antipolitana. *la ville d'Antibe, ou Antibol.*

Provincia Viennensis IV. in Alpibus Maritimis.

Metropolis Civitas Ebrodunensium. *l'Archevesché d'Ambrun.*

Civitas Diniensium. *l'Evesché de Dine.*

Civitas Rigomagensium.

Civitas Solliniensium.

Civitas Saniciensium, id est, Sanici. *l'Evesché de Senas.*

Civitas Glannatena. *l'Evesché de Glandeves.*

Civitas Cemelevensium.

Civitas Venciensium. *l'Evesché de S. Paul de Vences.*

Provincia Viennensis V. Alpium Graiarum Peninarum.

Metropolis Civitas Centronum, hoc est, Tarantasia. *l'Archevesché de Tarantaise.*

Civitas Vallensium, hoc est, Octodurum. *Sainct Maurice.*

Provincia Aquitania prima, VI. Viennensis.

Metropolis Civitas Bituricum, vel Betorigorum. *l'Archevesché de Bourges.*

Civitas Arvernorum. *l'Evesché de Clermont en Auvergne.*

Civitas Rutenorum. *l'Evesché de Rodés, ou Rodais.*

Civitas Albigensium. *l'Evesché d'Albi.*

Civitas Cadurcorum. *l'Evesché de Caors.*

Civitas Lemovicum. *l'Evesché de Limoges.*

Civitas Gabalorum. *le pays de Givauldan.*

Civitas Velaunorum. *le pays de Velai.*

Provincia Aquitania secunda, VII. Viennensis.

Metropolis Civitas Burdegalensium. *l'Archevesché de Bourdeaux.*

Civitas Agennensium. *l'Evesché d'Agen.*

Civitas Encolismensium. *l'Evesché d'Engoulesme.*

Civitas Sanctonum. *l'Evesché de Sainctes.*

Civitas Pictavorum, vel Pectavonum. *l'Evesché de Poitiers.*

Civitas Petrogoriorum. *l'Evesché de Perigueus.*

Provincia Aquitania tertia, Novempopulania, VIII. Viennensis.

Metropolis Civitas Ausciorum. *l'Archevesché d'Auch.*

Civitas Aquensium. *l'Evesché d'Aqs.*

Civitas Lacturacium, vel Lastoracium. *l'Evesché de Laictoure.*

Civitas Convenas. *l'Evesché de Cominges.*

Civitas Consarannorum, vel Consorannorum. *l'Evesché de Conserans.*

Civitas Boatum, id est, Borus. *Le pays de Buchs.*

Civitas Benearnensium, id est, Benaanus. *Le pays de Bearn.*

Civitas Aturensium. *l'Evesché d'Aire.*

Civitas Vasatica. *l'Evesché de Basats.*

Civitas Tarba, ubi castrum Begorra. *l'Evesché de Tarbe de Bigorre.*

Civitas Eloronensium. *l'Evesché d'Oleron en Bearn.*

Civitas Elusatium. *La ville et pays d'Euse en Gascogne.*

Hæ sunt XVII. Provinciæ, in quas Augustus Cæsar Gallias divisit, et in quibus Constantinus Magnus alia officia, et magistratus constituit. Provincia aliquando dicitur Diœcesis; Episcopatus autem, qui in ea continentur, aliquando etiam dicuntur Parochiæ. In Proclamatione Karoli Calvi *Tullensis Parochia* pro Episcopatu, aut urbe ipsa Episcopali, positum est.

QUÆDAM LOCA

IN

CÆSARIS COMMENTARIIS

DISCUSSA.

Multa sunt in Commentariis belli Gallici apud C. Cæsarem, quæ nondum explorata sunt: multa etiam quæ male ad veteres appellationes relata, quæ nos castiganda suscepimus. Obscuritatem etiam peperit duplex appellatio locorum apud veteres: ut Scaldis et Tabuda idem est; Phrudis et Sumina, *la riviere de Somme;* Obrinca et Mosella; Araris et Sagona; Bratuspantium et Cæsaromagus, *la ville de Beauvais;* Bononia maritima, et Gessoriacus. Item nomina populorum pro ipsa urbe, ut Parisii pro Lutetia: Turones pro Cæsaroduno: Aureliani pro Genabo, et alia similia. Nos pauca sed magis necessaria in Cæsare delibabimus.

Atuatici. Atuatucum est urbs Tungrorum, quæ et hodieque *Tungres* dicitur. Cum a Barbaris vastata esset, episcopatus translatus fuit in Trajectum Mosæ, vulgo *Mastricht:* sed et illa quoque urbe a Normannis incensa, episcopatus in vicum Sancti Lamberti traductus; qui hodie Leodium dicitur, id est Hominium, quia esset de hominio et feudo Episcopi Tungrensis. In Conciliis Gallicanis episcopus Trajectensis pro Tungrorum episcopo legitur. Cave intelligas Trajectum Reni, vulgo *Utrecht.* Bekkeselenus, quo nullus mortalium magis abusus est et ingenio et otio suo, multum sudat, ut persuadeat Atuaticos Cæsaris esse

Antwerpiam. Hoc verum fuerit, siquidem Antwerpia eadem cum Tungrorum urbe esse potest. Sed nugas Bekkeselenicas missas fecimus. Antwerpiæ vetustiorem mentionem non reperio, quam in Annalibus vetustis Franciæ editis a Pithœo nostro, in quibus sub annum Christi DCCCXXXV. legimus: 'Normanni Antwerpiam civitatem incendunt.'

Agendicum. *La ville de Sens,* non autem *Provins,* ut stulti.

Avaricum. Stulti putant esse oppidulum Bituricensis diœceseos nomine *Vierzon.* Sed hæc jam confutata sunt. Et nemo est hodie, paulo humanior, qui ignoret Avaricum Cæsaris esse urbem Metropolim Biturigum, quæ *Bourges* dicitur.

Ausci. Auch. ut supra diximus. Nam imperite faciunt, qui Auxitanos vocant.

Bellocassi. Apud Cæsarem male pro Baiocassii, qui et Baiocasses. *Bayeux.*

Bigerrones. In Notitia Provinciarum, Civitas Bigerronum vocatur Tarba, ut hodie. Sed male excusum est *Tursa,* et *Turba.* Marlianus insanit, qui ait ibi hanc Tursam esse, et Castrum Begorram, ubi est Episcopatus Bitterensis Provinciæ Narbonensis: quæ sententia non est sobrii capitis.

Bituriges duplices sunt, cognomentis distincti. Bituriges Cubi, quorum Metropolis Avaricum primæ Aquitaniæ. Bituriges Vibisci, aut Vivisci, quorum Metropolis Burdegala, secunda Aquitania. Utraque Civitas libera sub Romanis.

Bratuspantium. Civitas Bellovacorum, sub Cæsaribus Romanis transnominata Cæsaromagus. *Beauvais.*

Cabillonum. Vide in Tribunali Divionensi.

Caduaci. Lege Atuaci. Vide supra Atuatici.

Cadurci. Eorum civitas Divona. *Caors en Querci.*

Caletes. *Le bailliage de Caus en Normandie.*

Cantabri. *Le pays des Basques.*

Caturiges. Sunt Alpes maritimæ. Metropolis Ebrodunum. *Les Alpes d'Ambrun.*

Centrones. *Les Alpes de Tarentaise.* Graiæ Peninæ Alpes.

Curiosolitæ. In Notitia Provinciarum, et in libro Fisci Romani Curiosolitæ. *Cornouaille.*

Eburovices. l'Evesché d'Evreux en Normandie.

Elaver. Allier. Ingens fluvius, qui Ligeri excipitur.

Elusates. Ita legendum, non *Flussates.* Vide lectiones Ausonianas. *La ville d'Euse en Gascogne.* Hinc oriundus erat Ruflinus ille præpotens insidiator imperii Romani, in quem extant duo στηλιτευτικὰ poëmata Claudiani. In priore ita legimus :

> ' Invadit muros Elusæ, notissima dudum
> Tecta petens.'

Quod enim media syllaba corripiatur, pronunciatio Vasconica id ostendit, quæ Elusa, tanquam Elsa effert. Nam I ante Consonantem, non solum Vascones in U semper convertunt, sed et Franci, et major pars Teutonismi inferioris. Qui Flussates legebant, dicebant esse Comitatum de Fuxio : et hoc stupore suo persuaserunt illustri viro nomen *de Foix* in Flussatem recudere : quo nihil absurdius. Nam aliud est Franciscus de Flussa, aliud Franciscus Flussas. Nam de Flussa esset verum cognomen familiæ. Sed Flussas esset nomen nationis. Itaque Franciscus Flussas esset natione Flussas, non de familia de Flussa. Sed Flussa non est *Foix.* Nam id esset Foxium, aut aliud quidvis potius quam Flussa.

Gabali. Le pays de Givauldan. Marlianus dicit quondam fuisse provinciæ Bituricensis, nunc vero provinciæ Arelatensis. Certe et nunc quoque est provinciæ Bituricensis. Sed inter Gabalos, et provinciam Arelatensem ' Longa procul longis via dividit invia terris.' Et ridicula sunt hæc.

Garumna. Retinet nomen semper, sed integrum a capite ad Blaviam Castrum, ubi lingua Francica incipit. Nam tunc pro *Garonne,* dicitur Geronde, et *Gironde.* Vide in Tribunali Tolosano in Civitate Mimatensi. Excipit navigeros fluvios Tarnim, *le Tarn :* Oliten, sive Oldum, *Ooldt,* aut cum articulo *l'Ooldt :* Duranium Ausonio, Dordoniam apud Gregorium Turonensem, *la Dordogne,* unum ex præcipuis

non solum Aquitaniæ sed etiam totius Galliæ fluminibus.

Gebenna. Scribendum Cebenna per C. *Les Cebenes et Cevenes.*

Genabum qui negant Aurelianensium urbem esse, habent opposita omnes veri vestigia apud Cæsarem et multa alia argumenta. Nam quo nomine vocandi sunt, qui *Gien* esse putant?

Geneva. Media corripi debet, ut in Elusa: quod non solum Helveticus Germanismus ostendit, qui *Genff* vocat, sed etiam ipsi rustici suburbicarii, et reliqui Sabaudi: qui Zenevam accentu in prima enunciant. Sed Gallorum proprium est mediam correptam producere: *publique, facile:* quæ Latine corripitur.

Gergovia. Supersunt quædam vestigia cum veteri appellatione aliquot stadiis ab urbe Claromontensi Arvernorum.

Helvii. Diximus supra esse *le pays de Vivarais:* ubi Alba Helviorum sine dubio *Aubenas*, id est, Albanates. Cæsar trans Rodanum dicit esse, et extra provinciam Romanam, proximos Alvernis, et Cebennis montibus.

Icius. Est promontorium prope Bononiam maritimam. Navale autem dicitur Gessoriacus: et delirant, qui aliud volunt esse a navali Bononiensi. Nam multa adversus eorum pertinaciam objici possunt. At qui Icium oppidum *Cales* esse putant, nullo negotio refelluntur a Ptolemæo; qui prius ponit Icium, deinde Gessoriacum; hoc est Navale Bononiæ, a quo oppidum *Cales* distat plusquam viginti millibus passuum: hoc est, leucis Belgicis septem.

Lemovices. Le pays et Seneschaussée de Limosin. Urbs eorum Ratiastum. Sed Commentario octavo, ubi vulgo editum est, 'ad oppidum *Lemovicum* contendit;' legendum *Lemonum:* cujus oppidi mentio in Itinerario Antonini, et apud Ptolemæum.

Ligeris. Ejus caput est in pago Velauno, et vulgo dicitur *la Font de Leire*, hoc est fons Ligeris. Excipit ingentes et navigiorum patientes fluvios non paucos: in quibus Elaverim, æmulum ipsi, neque magnitudine cedentem, et magis pisculentum; Carum, vel Carem, ut habet Fortunatianus:

vulgo *le Cher*: item *Vigennam, la Viane, la Vignane,* et alios præterea.

Lexovii. *l'Evesché et pays de Lisieux en Normandie.*

Lingones. *Langres.*

Lutetia. Græcis λευκοτεκία, λουγοτεκία.

Matisco. *l'Evesché de Mascon.*

Matrona. *Marne.* Ingens flumen, neque minus ipso Sequana.

Melodunum. Hoc nomen perperam infultum est apud Cæsarem bis, pro quo veteres omnes scripti codices habent Metiosedum. Verum quidem est Melodunum et Metiosedum unum idemque oppidum esse: sed Melodunum posterius est. Hodie *Melun* in insula Sequanæ instar Lutetiæ Parisiorum. Aliud Melodunum, vel, ut alibi reperio, Miliodunum in agro Bituricensi. Vulgo *Meun.* Alii pro Metiosedum legunt *Josedum,* et *Corbeil* interpretantur. Quibus bonam mentem precamur.

Mediomatrices. Posterioribus temporibus urbs Mediomatricum vocata est Metæ, et vulgo nomen retinet, cum antea Divodurum ei nomen esset.

Menapii. Strabo cum Morinis continuat in maritimis Belgii, et Cæsar quoque indicat ibi esse. Denique Ptolemæus collocat ad ostia Mosæ. Non sunt igitur Geldrii: neque, qui sapiunt, hoc concedent. Sed pars hodiernæ Hollandiæ et Brabantiæ maritimæ, vel potius secundum Strabonem ora Flandriæ maritima, sunt veri Menapii: et Menapiscus pagus dicitur in Capitulariis Karoli Magni pro Flandriæ Comitatu. Nunquam persuaderi nobis potuit Menapios esse Geldrios.

Morini. Eorum urbs Teroana diruta a Karolo quinto.

Nantuates. Cave credas esse monasterium hoc nomine in Sabaudia, ut quædam non sana capita volunt. Sunt ii, in quibus pagus Octodurus est, id est, Sanctus Mauricius. Cujus rei fidem faciunt monumenta passionis legionis Thebæorum, in quibus Octoduri est mentio: Octodurum autem a Cæsare in Veragris proxime Nantuatibus collocatur. Quidam legunt Antuates. Sed qui Nantuates ad Acronium

lacum constituunt et Constantienses esse dicunt, non minus desipiunt, quam qui monasterium illud Benedictinorum interpretantur.

Nitiobriges. Le pays et Seneschaucée d'Agenois. Eorum civitas Aginnum Ausonio, Ptolemæo; Agennum Hieronymo, Gregorio Turonensi, aliis. Si vis ridere, lege quæ hactenus omnes de his delirarunt, quorum alii *Mompelier* esse dicunt, qui locus sex dierum itinere distat a Nitiobrigibus. alii *Engoulesme* somniant. Alii jubent pro Aginno legendum esse *Agesinates.* Et quo non processit audax inscitia?

Nannetes. Nantes. Vide in Tribunali Aremorico.

Nervii. Quemadmodum certo nobis constat non esse Tornacenses, quod vulgo persuasum est; ita quinam sint, et quo nomine hodie appellentur, haud temere affirmarim.

Noviodunum ad Ligerim. *Nevers.* Noviodunum Nivernensium, ut in quadam Notitia Provinciarum Galliæ leginus, quæ penes Jurisconsultum Cujacium magnum erat. Et jam multis conjecturis nobis exploratum antea erat Noviodunum istud Eduis proximum civitatem Nivernensium: in cujus oppidi investigatione multi multa nugati sunt. Alia duo oppida hoc nomine memorat Cæsar, sed nobis ignota. Nam nugatoribus jurantibus non credimus. Quartum præterea est, quod Civitas Equestrium dicitur, et nomen retinet, ad Lemanum lacum. Dicitur enim *Nion.* Nam longe fallantur, qui Genevam Equestrium Civitatem esse credunt, quia quædam vetus inscriptio Genevensis, ut aiunt, ejus mentionem fecerit. Hoc modo quot nominibus Roma vocanda esset, in qua tot monumenta et saxa hodie extant, quæ tot urbium mentionem faciunt? Denique Provincia Sequanorum, in qua civitas Equestrium est, est in sinistra ripa Lemani: Geneva in dextra, in Provincia Viennensi. Et, quod caput est, Noviodunum civitas equestrium dicitur in manuscripta Provinciarum Notitia: quamquam ibi positum est Nevidumo, quomodo in ultimis illis obsolescentis Latinitatis temporibus omnia in pejus ac retro ferebantur, et ut imperii, ita Latini sermonis ruina sequebatur.

Petrocorii. Le pays de Perigord. Eorum civitas divisa

est in duo oppida, vetus et novum. Vetus adhuc dicitur Vesuna veteri appellatione. Vide sextum libr. de emend. Temp.

Pictones. Le pays de Poitou. Sunt hodie in tres Episcopatus tributi, Pictaviensem, Maliacensem et Luxoviensem. Pictaviorum civitas olim Augustoritum dicta.

Redones. L'Evesché de Renes en Bretagne.

Rodanus. In universum Gallis dicitur *le Rosne:* sed indigenis *lo Ros.* Excipit Isaram, Druentiam, Drunam, et Ararim non minorem eo, antequam in illum exoneretur.

Ruteni. Le pays et Seneschaucée de Rodais. Eorum urbs Sedunum Rutenorum.

Sabis. La Sambre du Pays-bas.

Samarobriva. Urbs Ambianorum. *L'Evesché d'Amiens.*

Scaldis. L'Escault.

Segusiani. Le pays et Seneschaucée de Lionnois. Nam Lugdunum est in Segusianis, ut illud alterum in Convenis ad Garumnam. Sed et totus pagus Forensis, qui hodie *le pays de Forest* dicitur, continetur in Segusianis. Et vetus inscriptio extat in oppido *Furs,* in qua mentio est Fori Segusianorum. Nam a Foro Forenses dicti, et ipsum oppidum *Furs.*

Senones. Eorum urbs Agendicum. *L'Archevesché de Sens.*

Sequana. Seine.

Sequani. Le pays de Besançon et Franche-Comté. Est provincia, quæ dicta Maxima Sequanorum.

Suessones: aliis *Suessiones. Soissons.*

Tarbelli. Le pays de Labord. Urbs Aquæ Tarbellicæ.

Aqs. Vide Auson. Lection. Aturus fluvius, qui vulgo *l'Ador* vocatur: alluit illam urbem, unde Lucano dicitur Tarbellicus Aturus.

Turones. Eorum urbs Cæsarodunum. *L'Archevesché de Tours.*

Velauni. Le pays de Velai. Pagus Velaunus. In veteribus Martyrologiis Episcopatus Aniciensis. *Le pui en Velai:* id est, Podium in Velauno, quia urbs est in editissimo loco, qui lingua Gallorum *Pui,* id est, Podium dicitur.

Velocasses perperam edi putamus pro Baiocassibus. *Le pays, Bailliage et Evesché de Baieux en Normandie.*

Veneti. Vennes en Bretagne.

Veromandui. Eorum civitas Augusta Veromandorum. *Sainct Quentin en Vermandois.* In vita S. Quintini diserte dicitur Augusta Vermanduorum.

Vesuntio. Aliis scribitur Bisuntio. *Besançon.* Maxima Sequanorum.

Vienna. Vienne de Daulfiné. Vienna Allobrogum.

Vocates. Suspicamur esse *Boates, Buchs:* quod omnino certum est. Siti sunt in finibus Lapurdensium post Medulos in Novempopulania.

Vocontii. Le pays de Die jusques à Vaison.

Volcæ. Duplices sunt. Volcæ Arecomici, in quibus Nemausus, Ucetenses, Magalonenses, Bitierræ. Volcæ Tectosages, in quibus Carcasso, et Tolosa. In Cæsare editum est *Volgæ*, ut et in quibusdam aliis scriptoribus.

Uxellodunum. Nomen retinet, *Ussoldun*, et *lo puech d'Ussoldun*, id est podium Uxelloduni: quia est in editissimo et valde prærupto loco situm. Locus est in finibus Cadurcorum, ut Cæsar quoque notat, prope oppidum Martellum. Flumen, cujus nomen tacuit Cæsar, est Dordonia: horrendum aspectu præcipitium, quale describitur a Cæsare. Multæ sunt ibi reliquiæ vetustatis venerandæ. Quotidie ab arantibus numismata Romana effodiuntur. Vix reperias rusticum, qui de loco interrogatus, non statim respondeat: Castrum Uxellodunum illud a Cæsare magnis operibus expugnatum fuisse. Præterea ostendunt fontem, cujus usum obsessis intercluserant Romani. Si uspiam scriptores hujus ævi in notandis veterum locorum appellationibus hariolati sunt, hic vero unus locus est, in quo melius fuisset illos tacuisse: et quid opus eorum somnia referre?

Hæc pauxilla de appellationibus locorum et gentium in Cæsare delibavimus. Nam quæcumque omisimus, adeo inexplorata sunt, ut tantum abest, ea vere retulerint, qui de illis scripserunt, ut mihi constet nullam spem esse ad eorum indagationem penetrandi. Quare in medio ea relinquimus,

et ingenue fatemur nos ea nescire, quod tam salvo pudore facere possumus, quam impudenter multi se ea scire professi sunt, in quo exemplo temeritatis primas tenet Bekkeselenus cum suo Teutonismo, ex quo Hebraïsmum etiam propagatum esse jurat. Ἀλὶς δρυός,

---

SEQUITUR ILLUSTRISSIMI

JOSEPHI JUSTI SCALIGERI,

JUL. CÆS. FIL.

AD CLARISSIMUM VIRUM,

PAULUM G. F. P. N. MERULAM,

EPISTOLA:

EJUSDEM CUM SUPERIORE DIATRIBA DE GALLIÆ NOTITIA ARGUMENTI.

Territoium Rupellæ dicitur in veteribus monumentis Pagus Alnisiensis. Hodie *le pays d'Aulnis.* Accensebatur Seneschalliæ Santonum. Sed ex quo Rupella excusso jugo Anglorum dedidit se Regi Franciæ, pagus Alnisiensis cessit in privatam præfecturam, et a Santonio seclusus est. Neque ulli supremæ Curiæ potest subditus esse, præterquam Parisiensi. Id enim inter capita eorum privilegiorum continetur.

Le pays entre deux mers. Pinguissimus tractus inter Garumnam et Duranium ingentes fluvios, qui propter magnitudinem vocantur maria ab incolis.

Le Marquisat de Fronsac, est in Seneschallia Burdigalensi.

Agenois, Nitiobriges, vocant sese Aquitanos hactenus; etiamsi aliter instituerit Ludovicus XI.

Medoc, Meduli, pars Seneschalliæ Burdigalensis: arenosa regio. Meduli Ausonio.

Boates. Vide Auson. Lectiones. Dominium illius tractus pertinet ad Comites Candallæ, qui vocant sese Capitales, id est, Dominos de Buchs. Sunt in finibus Medulorum.

L'Isle Jordain. Una ex quatuor civitatibus Comitatus Armaniacensis, ubi est tribunal Seneschalli. Fuit quidem parvus Comitatus, sed hodie vix memoria superest.

Garre, parvus Comitatus in finibus Bigerronum.

Estrac, parvus Comitatus in finibus Bigerronum.

Allebret oppidulum in Syrtibus Lapurdensibus, quas Landas vocant, dedit nomen amplissimo Ducatui, qui memoria nostra institutus est, compositus ex mutilatione Seneschalliatus Agennensis, Armaniacensis, et Vasatensis.

Vasconia proprie est quicquid continetur intra Garumnam, Pyrenæos montes, et Oceanum: quod Julio Cæsari in commentariis belli Gallici dicitur Aquitania. Dicta est Vasconia a Vasconibus ferocissimis Pyrenæorum populis, quos devictos primum a Pipino, deinde a Ludovico Caroli Magni filio (qui postea dictus fuit Pius) rege Aquitaniæ, in plana Novempopulaniæ deductos postea nomen huic regioni dedisse certum est. Nam fuerunt pars Cantabrorum, quos etiam hodieque Hispani *Vascuença* vocant. Itaque quæ prius Regio a Cæsare Aquitania, postea a novem populis Novempopulania dicta, ea tandem a Vasconibus devictis, et in eam a Pyrenæorum saltibus demissis Vasconia vocata fuit. Est autem tertia pars veteris Aquitaniæ. Nam Aquitania ab Augusto triplex instituta fuit. Prima, cujus caput et Metropolis Bituriges Cubi, *Bourges*. Secunda Aquitania, Bituriges Vibisci, cujus caput et Metropolis Burdegala. Tertia Aquitania, tota Trans-Garumnana, cujus Metropolis Augusta Auscorum, vulgo *Auchs:* quæ provincia, ut diximus, ab Augusti temporibus ad Pipinum vocata fuit Novempopulania: a Pipino ad hunc usque diem Vasconia.

Guienna depravatum quidem nomen est ex Aquitania, ut res ipsa loquitur: sed ex quo tempore Reges Angliæ per affinitatem Francorum regum fuerunt Domini Guiennæ, angustioribus finibus determinata est, quam olim. Nam Arverni, Biturigium (*Berry*), &c. seclusi fuerunt extra fines Guiennæ: quæ incipiebat a Confluentibus Viennæ et Crosæ fluminum ad Oceanum, Pyrenæos, Tarnim flumen, et montes Arvernorum. Itaque cum Edoardus tertius, nomine Aquitaniæ, homagium faceret Regi Franciæ, has præfecturas, sive Seneschallias, nominatim comprehendit. Citra Garumnam, Pictonium amplissimam regionem, Xantonium, Encholismenses, Lemovicum, Petrocorium, Aginnenses, Cadurcium (*Querci*), Rutenenses (*Rouargue*). Ultra Garumnam tota Novempopulania, præter Benearnum (*Bearn*), quod semper fuit absoluti imperii. Itaque omnium istorum tractuum nomine, rex Angliæ, aut primogenitus Angliæ (*Princeps de Galles dictus*) faciebat homagium regi Franciæ: Comites autem Armaniacus, Bigorrensis, Fuxensis, et alii faciebant ipsi Anglo homagium non Regi Franciæ. Hæc latissima, amplissima, et prædives regio nomine Guiennæ censebatur usque ad regnum Ludovici XI. qui cum Fratri attribuisset Ducatum Aquitaniæ; et ipsi promisisset quinque Seneschallias, ex una Burdegalensi Seneschallia fecit tres: Burdegalensem, quæ unam tantum Diœcesim complectitur; Burdegalam ipsam; Vasatensem, in qua duæ Diœceses, nempe Adurensis, et ipsa Vasatensis; et tertiam Lapurdensem, in qua duæ Diœceses, Aquæ Tarbellicæ, et Lapurdensium civitas, sive Baiona: quartam Seneschalliam Xantonium addidit. Ab eo tempore Aquitania cœpit vocari totum illud, quod illas tantum quatuor Seneschallias continet. Sed Regum est, mutare terminos provinciarum, non memoriam rerum. Nam hactenus omnes reliquæ Seneschalliæ vocant sese Aquitanos vel Guiennenses: atque adeo Seneschallus Burdigalensis vocatur magnus Seneschallus, non quidem quod hodie talis sit, (est enim minimus omnium), sed quia Burdigalensis Seneschallia quinque Diœcesibus finiebatur: et cum eo nomine magnus, ut re vera erat, vocaretur;

hodie, ditione imminuta, nomen integrum retinuit. Quin etiam quicquid ad Burdigalam solam pertinet, id non Burdigalense hodie vocatur, sed Aquitanum, vel Guiennense. Et curia Burdigalæ minor, a qua provocatio est ad Parlamentum, curia Guiennæ, et judices Guiennæ vocantur, non Burdigalæ. Hæc igitur Guienna, quæ hodie quatuor Seneschalliis censetur, vocari jure merito potest Aquitania sive Guienna Ludovici XI. Quod dixi de Pictonio, cum in feudo Aquitaniæ sive Guiennæ comprehendit Edoardus III. scito sæpe exclusum fuisse ex Aquitania, ut sub Ludovico IX. (is est Sanctus Ludovicus) sæpe restitutum finibus Aquitaniæ. Certe hodie non parva pars Pictonii dicunt sese Guiennenses, ut olim erant re vera.

Comitatus Avenionensis, alias Comitatus *Venisse*, habet quatuor Diœceses. Unum Archiepiscopatum Avenionem; tres Episcopatus Avenioni suffragantes: Carpentoracte, Cabalionem, Vasionem: ut alibi notavimus. Totus Comitatus ille comprehendens quatuor illas Diœceses datus fuit Pontifici Romano a Johanna Regina Neapolis, et Comitissa Provinciæ, in compensationem tributi Papæ per multos annos non soluti nomine regni Neapolitani, cujus feudatarium Dominum dicit se Papa. Itaque Rex Franciæ nihil juris habet in illum Comitatum.

Burgundiæ Comitatus. Est feudum Imperii sub protectione Bernensium Helvetiorum: quemadmodum Dunkerka est Borboniæ familiæ, ideoque regis Franciæ. Sed Comes Flandriæ est Dominus feudatarius, ad cujus tribunalia a Dunkerkæ judice appellatur.

Charolois est regis Hispaniarum; sed rex Franciæ est Dominus feudatarius. Est simplex feudum, neque supremi juris.

Armaniacensis (vulgo *Armagnac*) Comitatus continet Diœceses duas ultra Garumnam, nempe Lactoratensem, vulgo *Laictoure*, et Auscensem (vulgo *Auchs*) Metropolim totius Novempopulaniæ, sive Vasconiæ. Subjicitur Parlamento Tolosano.

Bigerronum Comitatus (*le Comté de Bigorre*) continet unum

Episcopatum Tarbam, sedem Episcopalem: vulgo *Tarbe de Begorre*, aut *Bigorre*, sub metropoli Auscensi in Vasconia, nempe ultra Garumnam. Est sub Parlamento Tolosano.

Ducatus Allebreti, ut supra diximus, quod de Constantinopoli dixit Hieronymus, eam nuditate omnium civitatum constructam fuisse, ita nuditate proximarum Seneschalliarum compositus est tam ultra, quam citra Garumnam. Caput est Neracum. Totus Ducatus est sub Parlamento Burdigalensi.

Lemovicium (*Limosin*) Seneschallia comprehendit duos Episcopatus, Ratiastum Lemovicum, *Limoges*, et Tutelam, *Tulle*. Subjacet Parlamento Burdigalensi.

Petrocorum (*Perigor*) Seneschallia continet duos Episcopatus, Vesunnam Petrocoriorum, *Perigueus*, et Sarlatum. Subjicitur Parlamento Burdigalensi.

Seneschallia Agennensis continet duos Episcopatus, nempe citra Garumnam Aginnum Nitiobrigum (*Agen*), ultra Garumnam Condomium, quod peculiari nomine dicitur Vasconia. Quemadmodum enim Africa dicitur tota illa magna continens, quæ patet a Nilo ad Gades, et tamen in ea erat provincia, quæ peculiariter dicebatur Africa, in qua Carthago; ita Vasconia quidem dicitur amplissima illa regio, quæ olim vocata fuit Novempopulania. Sed peculiariter Vasconia quoque dicitur in ea Episcopatus Condomiensis. Itaque Seneschallus Agennensis vocat se Seneschallum Agennensium et Vasconiæ, id est, Condomii. Quæ appellatio vetus est. Nam temporibus Pipini pagus Agennensis citra Garumnam et ultra Garumnam dicebatur. Itaque sub Pipino in vetustissimis Annalibus refertur pluisse frumento in pago Agennensi ultra Garumnam: id est in ea regione, quæ proprie dicitur Vasconia, in qua Condomium. Seneschallia Agennensis subjacet Burdigalensi Parlamento.

Seneschallia Cadurcium (*Querci*) continet duas Diœceses, Divonam Cadurcorum (*Cahors*), et Montalbanum. Subjacet Parlamento Tolosano.

Seneschallia Rutenensis (*Rouargue*) complectitur duas Diœceses, Segodunum Rutenorum (*Rodaiz*), et Vabras. Subjacet Parlamento Tolosano.

Languedokium totum est sub Parlamento Tolosano. Comprehendit tres ingentes Seneschallias, Tolosanam, Carcassonensem, Belloquadrensem (*Beaucaire*), Episcopatus XXI.

Arvernium (*Auvergne*) dividitur in montanum, et planum. Planum dicitur Alimania: quod nomen jam obtinebat tempore Gregorii Turonensis; quæ regio opima est et fertilissima, civitatibus amplissimis: vicis, villis, prætoriis magnificis exculta. Duo Episcopatus sunt in Arvernio, in plano quidem Augustonemetum Arvernorum, *Clermont en Auvergne*, non longe a Gergovia Cæsaris. In montano est Episcopatus Sanctus Florus. Totum Arvernium est sub Parisiensi Parlamento.

Pagus Gabalitanus, vulgo *Givauldan*, unum Episcopatum habet Mimatensem, vulgo *Mende*. Subest Tolosano Parlamento. Est enim in Languedokio.

Pagus Vellaunensis, unum Episcopatum habet Aniciensem, *le Pui en Vellai*. Est pars Languedokii, ideo subest Tolosano Parlamento.

Fuxensis Ducatus, (*Foix*) ante paucos annos attributus est Languedokio, cum antea Guiennæ censeretur. Continet unum Episcopatum Apamiensem.

Convenarum Comitatus, *le Comté de Cominges*, unum tantum Episcopatum continet, Sanctum Bertramum: est in Vasconia sub Parlamento Tolosano, ut diximus in Episcopatibus.

Picardia amplissima regio tota sub Parlamento Parisiensi.

Pares Franciæ XII. Sex Clerici: quorum tres duces: Remensis Archiepiscopus, Laudunensis, et Lingonensis Episcopi. Tres Comites Clerici, Catalaunensis, Noviomensis, Bellovacensis. Sex Laicorum tres duces, Normanniæ, Burgundiæ, Aquitaniæ. Tres Comites, Campaniæ, Flandriæ, Tolosæ. Omnes illi XII. non possunt esse sub alio Parlamento, quam Parisiensi, cujus ipsi consiliarii sunt. Parla-

mentum enim Parisiense constabat antiquitus ex LXXVII. Senatoribus, et XII. Paribus Galliæ. Itaque omnino erat centumviralis Senatus regni Franciæ. Ideo solum Parlamentum Parisiense est Parlamentum Parium Franciæ: qui apud id solum Parlamentum conveniri et causam dicere, et, si opus est, condemnari possunt.

NOTITIA LITERARIA

DE

C. JULIO CÆSARE.

[EX ED. BIPONT. 1803.]

Ex Ger. Joan. Vossio lib. I. de Hist. Lat. cap. 13.

C. Julius Cæsar varia admodum scripsit: ex quibus sola supersunt, quæ in re historica reliquit. Nempe septem libri de bello Gallico: quos Græce transtulit sive Planudes, sive alius. Ad hæc, tres de bello Civili. Scriptor est purus et elegans, inque verborum structura accuratus, ac omnino placidi instar fluminis procurrens: interea πολιτικὸς, ac gravis in sententiis; quo Xenophontem exsuperat, ceteroquin ei non dissimilis multum. Ciceronis de iis judicium est hujusmodi in Bruto: 'Commentarios scripsit valde quidem probandos. Nudi sunt, recti, et venusti, omni ornatu orationis, tanquam veste detracta: sed dum voluit alios habere parata, unde sumerent, qui vellent scribere historiam; ineptis gratum fortasse fecit, qui illa volent calamistris inurere: sanos quidem homines a scribendo deterruit.' De eisdem commentariis Hirtius ita prædicat, in præfatione libri VIII. de Cæsaris bello Gallico: 'Adeo probantur omnium judicio, ut prærepta, non præbita facultas scriptoribus videatur. Cujus tamen rei major nostra, quam reliquorum, est admiratio. Ceteri enim, quam bene atque emendate, nos etiam, quam facile atque celeriter eos perscripserit, scimus.' Et tanta cum sit commentariorum Cæsaris venustas; tamen Franciscus Flo-

ridus Sabinus tres de bello Civili libros Cæsari abjudicat lib. I. Subsecivarum Lectionum cap. 3. et inprimis l. II. c. 2. Immo Ludovicus Carrio ne quidem VII. libros de bello Gallico Cæsaris esse putat. Uti nec Ludovicus Caduccus, qui (ut Savaro prodidit notis in Sidon. IX. 14.) opus illud Suetonii esse putabat; idque ob verba ista Orosii VI. 7. 'Hanc [de Cæsaris bello Gallico] historiam Suetonius Tranquillus plenissime exposuit; cujus nos competentes portiunculas decerpsimus.' Sed quis non credere malit ipsi Suetonio Tranquillo, qui aliena a germanis jam olim discrevit? Sic enim scribit in Julio cap. 56. 'Reliquit et rerum suarum commentarios, Gallici, Civilisque belli Pompeiani. Nam Alexandrini, Africique, et Hispaniensis, incertus auctor est. Alii enim Oppium putant; alii Hirtium, qui etiam Gallici belli novissimum imperfectumque librum supplevit.' Quod si quis non audit Tranquillum: at Tullio credat, Hirtioque, quorum verba Tranquillus continuo subjungit. Fidem item habeat Straboni, qui initio libri IV. advocat ὑπομνήματα θείου Καίσαρος, i. e. *Commentarios divi Cæsaris.* Item Plutarcho, quando, quæ ex Cæsaris de bello Civili commentariis citat, ea hodieque ibi leguntur. Ad hæc veteribus credat Grammaticis, qui ex commentariis istis quæ adducunt, Cæsari tribuunt, non alteri. Quare a Carrione quidem merito dissentit Lipsius libro Epist. Quæstion. II. 2. et Modius in Novantiquis epist. 30.: a Sabino autem discrepat Camerarius initio Notarum in III. de bello Civili. Hæc eo dico, ne Carrionis, aut Floridi, aut alterius cujusquam judicium ab lectione Commentariorum Cæsaris absterreat juventutem: quæ, proh dolor! satis infrequens est in nobilissimo atque adeo divino hoc scriptore. Aut si quibus in manibus sit, haud alio legunt fine, quam ob eximiam Romanæ linguæ puritatem, verborumque proprietatem summam: super quo ante nos non semel summi viri sunt conquesti. Sane ex eo haurire est maximarum et utilissimarum rerum copiam: quam qui verborum elegantia contenti negligunt, minus etiam pueris sapiunt, qui nunquam ita se arboris frondibus oblectabunt, ut egregios ejus fructus contemnant. Quod si quid in nobilissimo scriptore culpandum videatur, hoc unum illud fuerit, quod in iis, quæ jure optimo verterentur ei vitio, Harpocratem agat vel Sigaleonem Ægyptium. Ita in tertio de bello Civili (quemadmodum et apud Hirtium) altum de eo silentium est, quod Cæsar in urbe Alexandrina adversus cives pugnans, ut se tueretur, in naves jusserit ignem immitti, qua flamma et navalia

combusta, et vicina in Serapeo bibliotheca, quæ continebat ferme septingenta (Gell. VI. 17.) voluminum millia, inæstimabilem thesaurum, Ptolemæorum vigiliis per ducentos et amplius annos collectum. At ut sileat Cæsar, non silent Plutarchus, Dio, Ammianus, alii. Quid quod in rebus suis non satis interdum veritati litaret? Sane satis constat, L. Cæcilium Metellum sanctius ærarium, cujus claves abstulerant Consules, sella tribunitia opposita, defendisse adversus Cæsarem; hunc autem tantopere comminatum fuisse Metello, ut urbe fugeret: post illa, effractis foribus, abstulisse thesauros sacros, qui post urbem a Gallis captam istic depositi erant, atque ad extrema civitatis pericula reservabantur. Sane de clauso perfractoque ærario clari testes Tullius ad Attic. VII. 12. et 15. Lucanus III. 115. Florus IV. 2.; e Græcis Dio, Plutarchus, Appianus. At ipse in commentariis (lib. I. de bello Civili) scribit, Lentulum a Pompeianis habuisse in mandato, ut pecuniam ex ærario omnem Pompeio mitteret in belli usum: sed cum nuntius, quanquam vanus ille, ad aures pertigisset, Cæsaris milites jam esse in urbe, fuga sibi quamprimum consuluisse, ac præ metu ærarium reliquisse apertum. Vir eruditus Philippus Rubenius Elect. I. 24. operam sibi dandam putavit, ne Cæsar cum ceteris scriptoribus pugnaret. Itaque ubi vulgo legitur *aperto*, inserta negatione legit *non aperto*. Nempe hunc in modum: 'Quibus rebus Romam nuntiatis, tantus repente terror invasit, ut cum Lentulus consul ad aperiendum ærarium venisset, ad pecuniam Pompeio ex S. C. proferendam, protinus non aperto sanctiore ærario ex urbe profugeret.' Sed profecto sequentia refellunt. Nam quia mirum poterat videri, quod relinqueret apertum ærarium profugiens, eo subjungit: 'Cæsar enim adventare, jam jamque adesse ejus equites falso nuntiabantur.' Et sane alia quoque, quæ non minus abeant a vero, reperiet, qui cum Cæsaris commentariis contulerit Plutarchum in Pompeio et Cæsare; item Dionem, Appianum, Zonaram, ceterosque. Et memorabile est, quod super eo æqualis Cæsaris, Asinius Pollio, scripsit. Id quale sit, docebit Tranquillus lib. I.: 'Pollio Asinius parum diligenter, parumque integra veritate [commentarios eos] compositos putat: cum Cæsar pleraque, et quæ per alios erant gesta, temere crediderit; et quæ per se, vel consulto, vel etiam memoria lapsus, perperam ediderit: existimatque rescripturum, et correcturum fuisse.' Reliquit et Cæsar ephemeridem, sive diarium rerum a se gestarum. Servius in XI. Æn. 'C. Cæsar, cum

dimicaret in Gallia, et ab hoste raptus equo ejus portaretur armatus, occurrit quidam ex hostibus, qui eum nosset, et insultans ait, Cecos Cæsar: quod Gallorum lingua, Dimitte, significat; et ita factum est, ut dimitteretur. Hoc autem ipse Cæsar in Ephemeride sua dicit, ubi propriam commemorat felicitatem.' Immo Ephemeridem C. Cæsaris laudat et Symmachus, IV. 18. ubi quidam Balbi intelligunt Ephemeridem Sidonio memoratam IX. 14. Nam Balbum res Cæsaris non curasse solum, quod Gellius refert XVII. 9. sed etiam scripsisse, auctor est Suetonius in Julio cap. 81. Sed a Symmacho non aliud opus intelligitur, quam commentarii Cæsaris de bello Gallico. Hæc enim ibidem Symmachus subjungit: 'Hæc [Ephemeris C. Cæsaris] te origines, situs, pugnas, et quicquid fuerit in moribus aut legibus Galliarum, docebit.' Quæ optime conveniunt commentariis Cæsaris. Immo omnem scrupulum eximit, quod in Mstis quibusdam hæc verba subscribantur ultimo libro de bello Gallico: 'C. Julii Cæsaris Pontificis Maximi Ephemeris rerum gestarum belli Gallici lib. VIII. explicit feliciter;' ut nihil peccet Paulus Merula, Cosmograph. II. 17. ubi jubet nos ea, quæ Cæsar novennio in Galliis gessit, petere ex lib. VII. Ephemeridum ipsius Cæsaris. Nam non alio respexit, quam quo dixi. Etiam jussu ejus scriptus est liber de situ orbis Romani. Æthicus in Præf. 'Itaque Julius Cæsar, bissextilis rationis inventor, divinis humanisque rebus singulariter instructus, cum consulatus sui fasces erigeret, ex senatusconsulto censuit, omnem orbem jam Romani nominis admetiri per prudentissimos viros, et omni philosophiæ munere decoratos. Ergo a Julio Cæsare et Marco Antonio Coss. orbis terrarum metiri cœpit,' &c. Baldericus, Noviomensis et Tornacensis episcopus, qui ante annos prope sexcentos claruit, Chronic. Cameracens. et Atrebatens. I. 3. 'Liber, qui jubente Julio Cæsare ex senatusconsulto a prudentissimis de Cosmographia inscribitur: ubi quidem totius orbis Romani nominis universa loca famosa distinguit,' &c. Etiam Felix Malleolus Helvetius, qui floruit ante annos CLXX., mentionem ejus facit Dialogo de Nobilitate. Puto autem idem esse opus, quod varie postea, partim a gentibus, partim a Christianis, interpolatum, nunc sub Antonini et Æthici nomine legitur. Sed occasio jubet, ut etiam ascribamus, quid videatur nobis de fragmento isto, quod scriptori de bello Hispaniensi in sua Cæsaris editione subjecit Gothofredus Jungermanus. Dicit hoc repertum esse in codice Cujacii, non apposito nomine:

item in codice Petaviano, sed nomine Petrarchæ ascripto. Meminit ejusdem Casaubonus notis in Tra quill. I. 56. ubi ista invenias: 'Est antiqua loci hujus depravatio. Reperimus enim vulgatam lectionem, non solum in codd. Suetonii nostris omnibus, sed etiam in fragmento quodam rerum Julii Cæsaris, quod ex veteri libro descriptum, beneficio viri eruditissimi Jacobi Bongarsii, nacti sumus. Continetur iis schedis belli Hispaniensis historia a fratre quodam cucullato ex Suetonio, Hirtio, aliisque concinnata, plane μοναχικῶς, etsi non monachi prorsus stilo.' Non patiemur diutius hærere viros doctos in re levicula. Est fragmentum illud desumtum ex Julii Celsi commentariis de vita Julii Cæsaris editis anno MCCCCLXXIII. Est vero hic Celsus idem, qui Cæsarem recensuit: unde multis Cæsaris codd. mstis subjunctum legitur: 'Julius Celsus Vir Clarissimus et Comes recensui;' vel hoc pacto: 'Julius Celsus Constantinus V. C. legi.' Aliquid etiam de hoc scriptore diximus Institut. Orat. V. 3. Inter historicos refertur, et diligenter de Julii Cæsaris gestis scripsisse etiam dicitur a Gualtero Burlæo Anglico, Petrarchæ æquali; ut omnino valde errent, qui fragmentum ante memoratum ipsius Petrarchæ esse volunt. Sane ex istis Celsi libris, quorum a nemine ante nos mentionem factam miror, multa in Cæsare feliciter possunt restitui, quod aliquando, σὺν θεῷ, ostendemus. Ceterum Oxoniæ, in Collegio Corporis Christi, habes Mstum cum hac epigraphe: 'C. Julii Cæsaris per Julium Celsum commentarii.' Utrum Cæsaris, an Celsi sint, melius dixerint qui videre. Extremo illud loco attexam, apud Sextum Aurelium Victorem libro de Origine gentis Romanæ, quorundam ad hoc argumentum pertinentium auctorem laudari Cæsarem; eumque, nunc ἁπλῶς Cæsarem, nunc C. Cæsarem, nunc Julium Cæsarem, nunc Lucium Cæsarem, nuncupari. Quare dubium, utrum pro Lucio, *Caius*, an pro Caio, *Lucius*, debeat reponi. Facilis sane commutatio literæ C. et L. prout prænomina illa solent vulgari. Nec, si Lucius signetur, satis liqueat, quis signetur. Nam præter Lucium Cæsarem, Augusti ex Julia nepotem, præter item atavum Cæsaris dictatoris, fuit et atavi hujus pronepos eo prænomine, et pronepotis ejus filius, qui frater erat C. Cæsaris Strabonis oratoris; et ejusdem nepos, qui avunculus erat Antonii Triumviri, a quo interemtus; et ejusdem pronepos, quæstor Catonis Uticensis in Africa, qui Julii Cæsaris jussu occisus est. Nihil mirum autem, si vel Caius, vel Lucius Cæsar, consignarit originem gentis Romanæ; quando Julia gens ortum suum ducere credita est

ab eodem Julio, sive Ascanio, a quo urbis conditor Romulus genus traxit.

A. HIRTIUS, sive ut alii scribunt, *Hircius*, (sed prius et lapp. antiqui, et Græca approbat consuetudo) auctor est libri VIII. de Cæsaris bello Gallico, ut Suetonius in Julio testatur cap. 56. Sane non esse ipsius Cæsaris satis indicat præfatio ejus ad Balbum, quæ sic incipit: 'Coactus assiduis tuis vocibus, Balbe, cum quotidiana mea recusatio, non difficultatis excusationem, sed inertiæ videretur deprecationem habere: difficillimam rem suscepi, Cæsaris nostri commentarios rerum gestarum Galliæ, non comparandos superioribus atque insequentibus ejus scriptis, contexui.' Ejusdem sunt libri de bello Alexandrino, et Africano. Nam continuo sequitur: 'Novissimeque imperfecta ab rebus gestis Alexandriæ confeci;' et post aliqua, excusatione ejusmodi utitur: 'Mihi ne illud quidem accidit, ut Alexandrino atque Africano bello interessem: quæ bella quanquam ex parte nobis Cæsaris sermone sunt nota; tamen aliter audimus ea, quæ rerum novitate aut admiratione nos capiunt; aliter, quæ pro testimonio sumus dicturi.' Dictionem merito etiam commendat Justus Lipsius Taciti lib. II. Annal. 'Hirtius,' inquit, 'tersissimo belli Africi commentariolo.' Videtur tamen Hirtius non ista solum scripsisse, sed quæcumque Cæsar post bellum Gallicum gessisset usque ad finem vitæ. Nam ibidem legas: 'Novissime imperfecta ab rebus gestis Alexandriæ confeci, usque ad exitum, non quidem civilis dissensionis, cujus finem nullum videmus, sed vitæ Cæsaris.' Verum puto, si libri de bello Hispaniensi ejusdem essent auctoris; uti Gallici, Alexandrini, et Africani belli, ita Hispaniensis etiam disertim meminisset. Nec liber is aliud videtur, quam ephemeris: ut sunt argumenta illa, 'Eodem tempore,' 'ejusdem diei tempore,' similiaque, quæ ibi occurrunt. Fortasse est Balbi.

Sane CORNELII BALBI ephemeridem laudat Sidonius IX. 14. 'Quis,' inquit, 'Balbi Ephemeridem fando adæquaverit?' Eum autem gesta Cæsaris signasse, indicat Suetonius in Julii vita, cap. 81. 'Cujus rei, ne quis fabulosam aut commentitiam putet, auctor est Cornelius Balbus familiarissimus Cæsaris.' Atque olim extitere Cæsaris ad hunc Balbum epistolarum libri, familiaritatis istius indices, teste Gellio XVII. 9.

Sed si Balbi Ephemeris non sit, omnino auctor illius fuerit C. OPPIUS, ab nonnullis existimatus auctor eorum, quæ Hirtio ab

aliis tribuerentur; quemadmodum Suetonius in Julio docet c. 56.: quod inde provenisse putamus, quia alia Hirtium, alia Oppium haberent auctorem. Nos, ut dixi, Hirtium plane putamus scripsisse de bello Gallico, Alexandrino, et Africano; unius enim auctoris esse liquet: sed de bello Hispaniensi, quod alius est auctoris, cui potius tribuamus, quam Oppio, non video. Stilus ejus duriusculus est, et ornatu carens: quæ causa est, cur aliqui eum barbarum vocent; perperam profecto. Quam rem malo explicare verbis Jos. Scaligeri, vel ob summi viri auctoritatem. Hic de eo sic scribit Prolegomenis in Manilium: ' Quemadmodum aliud est ornate loqui, aliud pure; ita aliud est βαρβαρίζειν, aliud incondite loqui: quod quidem multis imposuit, qui βαρβαρισμὸν vocant inconditum sermonem. Illa anus, quæ in Theophrasti sermone peregrinitatem notavit, magis Attice, et minus ornate, quam Theophrastus, loqui potuit. Idem dicas de Livio, cujus dictio ornatior quam Latinior illi Critico videbatur, qui Patavinitatem in eo animadvertebat; et quidem fortasse justius quam ii, qui militem, qui scripsit diarium belli Hispanici, barbarum vocant: cum tamen eo scriptore nihil Latinius concipi possit. Sed horride loqui ullum militem, quem horridum vocant poëtæ, non tam mirum videri debet, quam putare ideo barbare loqui, quod incondite.' Hæc satis indicant, quid sentiendum sit de stilo anonymi hujus, quem fortasse Oppium esse conjectabamus. Nec, si aliter sit, idcirco Oppio hic non fuerit locus. Siquidem et vitas illustrium virorum condidisse inde colligimus, quod in vita Cassii eum citat Charisius; item in vita et rebus Africani superioris: unde et admiranda quædam Gellius narrat Attic. Noct. VII. 1. Etiam de vita C. Marii egisse, ostendunt, quæ Plinius ex eo refert Hist. Nat. XI. 45.; item de vita Cn. Pompeii, unde quædam adducit Plutarchus in Pompeio: sed in illis dubiæ esse fidei ait, nempe ob odium Pompeii, et gratiam Julii Cæsaris. Præterea librum composuit, ' Non esse Cæsaris filium, quem Cleopatra dicat;' ut auctor est Suetonius in Cæs. cap. 52. Dubium autem, eone, an altero, retulerit libro, quod sequitur capite seq. ' Circa victum C. Oppius adeo indifferentem docet, ut quondam ab hospite conditum oleum pro viridi appositum, aspernantibus ceteris, solum etiam largius dicat appetisse, ne hospitem aut negligentiæ, aut rusticitatis videretur arguere.' Hunc C. Oppium, et C. Cornelium Balbum, res absentis Cæsaris procurasse, et epistolarum libros ad eos singulariis notis edidisse, auctor est Gellius XVII. 9.

Itaque Καίσαρος ἑταῖρον Plutarchus in Pompeio, amicum Cæsaris vocat Suetonius I. 52. Atque hoc ipsum ostendunt, quæ commemorat ejusdem libri c. 72. 'Amicos tanta semper facilitate indulgentiaque tractavit, ut C. Oppio, comitanti se per silvestre iter, correptoque subita valetudine, et in diversorio, quod unum erat, loco cesserit, et ipse humi ac sub dio cubuerit.' Alius ab hoc est Oppius Chares, 'qui in Gallia Togata grammaticen docuit ad ultimam usque ætatem, et cum jam non gressu modo deficeretur, sed et visu;' ut est apud Tranquillum de illustribus Grammaticis c. 3. Hic videri possit Oppius, e cujus libro de sylvestribus arboribus aliqua Macrobius affert Saturn. II. 14. et 15. Apud Festum quoque in *Ordinarius*, ex Oppio docetur, cur *ordinarius* pro *scurra* ponatur. Item in *Ratitum* advocatur Oppius Aurelius. Sed assentio iis, qui istic *Opilius* legunt. Nam Oppius Grammaticus dictus Chares: at Opilius vocabatur Aurelius; ut vel ex Festo ipso in *Sedum* liquet. Immo nec displicet sententia doctissimi Meursii, legentis apud Macrobium *Opilius;* uti et apud Festum in *Ordinarius*, apud quem Opilii nomen integrum etiam remansit in *Fomites*. Nec enim, ecquid Oppius Chares scripserit, satis constat.

Hic etiam locus esto M. Bruto, quem Cæsar inter conjuratos videns, a quibus interimeretur, filium nominavit: et fortasse erat, quando cum matre ejus Servilia Cæsar consueverat. Mentionem ejus hic facimus propter epitomas historiæ Fannii et Cælii Antipatri: de quibus superius diximus, cum de utroque hoc historico ageremus. Alia etiam scripsisse, certum est. Nam librum ejus de Officiis Charisius citat lib. I. et Priscianus lib. VI. Ac libri de patientia meminit Diomedes lib. I. Quo etiam libro testis adhibetur Brutus laudatione Appii Claudii. Ut nihil dicam de epistolis, quarum non uno loco mentionem faciunt Grammatici. Ac aliquæ etiamnum supersunt, sane ingentis spiritus plenæ; inprimis illæ ad Tullium, et alteræ ad Atticum, quibus conqueritur de Tullio, quod nimium evehendo Octavium puerum, pessime consulat publico. Quo nihil verius scribere aut dicere potuit.

EX JO. ALB. FABRICII BIBLIOTHECA LAT.

A JO. AUG. ERNESTI AUCTIUS EDITA TOM. I. CAP. 10.

C. Julii Cæsaris ætas.

C. JULIUS CÆSAR [1]dictator, eloquentia doctrinaque non minus, quam incredibili ingenii animique vi, [2]rerumque gestarum magnitudine clarissimus, post victum Cn. Pompeium et oppressam libertatem, cum summa potestate paullo ultra quadriennium moderate satis usus fuisset, in curia a conjuratis confossus periit Idibus Martiis anno Urbis 710. ante Ch. 44. ætatis 56. Vitam Cæsaris a *Stephano Ambrosio Schiappalaria* scriptam Italice, editamque Antwerp. 1578. laudat Gisb. Cuperus [3] Exerc. II. de elephantis in numis

1 Alius C. Julius Cæsar Strabo, Lucii F. orator suavissimus, cujus genus eloquentiæ secutus est Cæsar dictator, cum adhuc adolescens esset. Vide Pitiscum ad Suetonii Calig. c. ult. Cæsaris dictatoris vitam e veteribus tradunt Plutarchus, Dio, Suetonius, et, de quo infra dicam, Julius Celsus. Longe plures interciderunt. Sidonius Apollinaris ad Burgundionem (qui laudem Cæsaris Julii scripserat) IX. 14. ' Nam si omittantur quæ de titulis Dictatoris invicti scripta Patavinis sunt voluminibus [in T. Livii libris Historiarum deperditis] quis opera Suetonii, quis Juvenci Martialis Historiam, quisque ad extremum Balbi Ephemeridem fando adæquaverit?' Hunc Balbum haud diversum esse a Balbo Cornelio Theophane, cujus meminit Capitolinus, adversus Vossii in Hist. Lat. sententiam recte observatum est Bælio in Lex. ubi de Cæsare. Primus Cæsarum a cæso matris utero dictus, auctore Plinio VII. 9. vel a cæso elephanto, qui lingua Maurorum Cæsar, Spartian. in Vero c. 2. Cæsar etiam denotat *τὸν κουριῶντα*, *cæsariatum*, qui cæsariem habet, ut notat Salmas. de Coma p. 329. Deinde in Julii Cæsaris honorem Cæsares dicti, qui summum imperium gererent: post, qui collegæ imperii essent assumti, ut Cæsaris nomen secundum imperii gradum significaret, ut nomen Augusti primum. Vide Ezech. Spanhemium de usu numismatum diss. XII. T. II. edit. novæ p. 354.

2 Confer Plinium VII. 25. Hist. Nat.

3 Tom III. Thesauri novi Antiquitatum Rom. Sallengriani. Recusæ etiam Veronensibus typis a. 1600. 4. Schiappallariæ hujus observationes politicæ in Cæsaris vitam.

pag. 164. et p. 167. *Jo. Glandorpii* liber de familia Julia Basil. 1576. 8. et Paris. 1634. 4. separatim typis exscriptus, etiam ejus Onomastico historiæ Romanæ insertus legitur 1589. fol. p. 414. in quo de rebus Cæsaris etiam diligenter; cui conferri potest *Georgii Schubarti* Cæsar Dictator, &c. Jenæ 1681. 4. Ex numis genus vitamque Cæsaris præterea illustrant Hub. Goltzius Brugis 1563. fol. et Lud. Nonii commentariis illustratus Antw. 1620. fol. Laur. Begerus in Thesauro Palatino p. 73. et 290. sq. in Thesauro Brandenb. Tom. II. p. 600. sq. et Tom. III. p. 86. Jo. Seobaldus Fabricius in Cæsare numismatico, Lond. 1678, 8. Steph. Souciet S. I. in diss. ad numum singularem Cæsaris cum victoria alata, in memoriis Trevoltinis a. 1713. Dec. pag. 2145. Carolus Patinus ad Cæsarem Suetonii; et qui numos imperatorum enarrarunt, Occo, Tristanus, Mediobarbus, Angeloni, Pedrusius, Valens, aliique, laudati ad Anselmi Bandurii Bibliothecam numismaticam pag. 237. sq. *Jos. Khell* in supplemento ad numismata imperatorum Romanorum aurea et argentea a Vaillantio edita a Baldinio aucta, &c. Vindob. 1767. 4. pag. 1. sqq. *Jac. Oiselius* in Thesauro selectorum numismatum antiquorum, &c. Amstel. 1677. 4. ab initio; aliique recentiores. Alexandrum cum Cæsare contulit Plutarchus, Poggius Scipionem, alios alii, ut Fr. Floridus Sabinus L. IV. de præstantia Cæsaris. Poggius ei etiam non dubitavit Scipionem præferre, indignante Jo. Guarino, et Cæsari primas tribuente. Vide Poggiana p. 259. sq. Sed in eminentibus viris et ingeniis, si inter se componantur, semper utrimque, quibus invicem præstent, quibus inferiores sint, offendes.

De Bello Gallico libri VII.

Extant ejus *de bello, quod cum Gallis gessit, commentariorum* [1] *libri* VII. quorum singuli singulorum annorum res complectuntur.

1 Hirtius, ‘Commentarios rerum gestarum Galliæ;’ ‘Commentarios rerum suarum’ Cicero de claris oratoribus c. 75. ὑπομνήματα vocant Strabo et Appianus (Memoires). Sunt enim veluti quædam ὕλη συγγραφῆς, ut Olympiodori apud Photium Cod. 80. sive non perfecta Historia, sed ‘unde sumerent, qui vellent scribere historiam,’ ut loquitur Cicero in Bruto, c. 75. Sic etiam Augustus commentarios rerum suarum scripserat, quæ ὑπομνήματα appellat Plutarchus in Antonio pag. 925. Item Plutarchus in Cæsare, et Suetonius. Symmachus item atque Sidonius, tum Servius in XI. Æn. hos Julii Cæsaris commentarios vocant *Ephemerides*,

Unde Hirtius VIII. 48. ' Scio Cæsarem singulorum annorum singulos commentarios fecisse, quod ego non existimavi mihi esse faciendum.' Græce transtulit Maximus Planudes, sive quis alius ; qu versio primum edita est a. 1606. ex codice Pauli Petavii a Godofredo Jungermanno. De ea illustris Huetius libro de claris interpretibus p. 219. ' Dubito equidem, Gazæne an Planudæ, an alteri ejusdem ævi cuipiam commentariorum de bello Gallico conversionem Græcam, quæ in Petaviana Bibl. habetur, ascribam. Cæsarem illa nonnunquam ducem descrit, et breves tentat excursus, raro tamen et verecunde: ceterum non impura ea, nec invenusta.' David Hœschelius Epistola ad Jungermannum 4. Kal. Apr. a 1606. ' Interpretationem Planudis potius, qui et Ovidiana vertit quædam non infeliciter, quam Gazæ crediderim, quod e phrasium similitudine facile conjecerim.' Petrus Scriverius literis ad eundem Jungermannum: ' Belli Gallici interpres ille Græcus non est quidem contemnendus, sed tamen haud ita magno literarum emolumento legitur, ut absque ulla studiosorum fraude poterat obliterari, quisquis est. Sed legatur, si quis tamen hæc quoque captus amore leget.' Occurrit in editione utraque scriptorum Cæsaris Jungermanniana, latinis ex adverso per singulas paginas posita, uti versiones Latinæ scriptorum Græcorum solent: sed in editione Davisii ad calcem voluminis rejecta legitur. Gallice vertere (partem saltem) hos libros Reges Franciæ, *Henricus* IV. teste Is. Casaubono præf. ad Polybium, et *Ludovicus* XIV. cujus etiam typis exscripta est interpretatio. De Asinii Pollionis censura, qui Cæsaris commentarios, ut parum diligentes, neque integra veritate scriptos, reprehendit, teste Suetonio in Cæsare c. 56. adeundus Morhofius libro de Patavinitate Liviana cap. 4. et Joach. Christoph. Nemeitz de modestia historica in censuris principum observanda § 14. Prodiit Londini Scanorum 1709. 8. *Portum Iccium* Cæsaris, *Mardicum* esse persuasit sibi Jo. Jac. Chifletius libello edito Antwerp. 1626. 1627. 4. Sam. Clarkius cum multis aliis *Caletum*, illive vicinum *Sangatum:* Carolus du Fresne ad Joinvillam et

quia tempus utcumque observant. Neque enim aliud opus Cæsaris Ephemerides putaverim, licet, quæ a Servio ex illis proferuntur, hodie desideremus. Sunt certe quædam, ut norunt eruditi, in his libris de bello Gallico lacunæ. Neque aliud existimo esse Julii Cæsaris *Chronica*, quæ manuscripta memorantur in Catalogo Bibl. Is. Vossii. Græcus interpres inscripsit ἀπομνημονεύματα τοῦ ἐν τῇ Γαλατίᾳ πολέμου.

Schœpflinus [1] *Wissantum*, quod etiam Bertio primum placuit, probatum Cambdeno, Ortelio, Mussano. Pro *Bononia*, sive *Bononiensi* Morinorum portu *Gessoriaco* pugnant Phil. Cluverius II. 28. Germaniæ antiquæ, Guil. Somnerus, atque Edmundus Gibson, Petrus Bertius, Josephus Scaliger, Petavius, Labbeus, Nic. Sanson in diss. inedita, Christoph. Cellarius, Nic. Bergierius: quorum sententiæ, Strabo, Mela, Plinius IV. 16. Ptolemæus, Itinerarium Antonini et Tabula Pentingeriana videntur suffragari. Adde et Grævium ad Sueton. Joan. Battely in Antiquitatibus Rutupinis (Richborough in comitatu Cantii) Oxoniæ a. 1711. 8. editis, Bernardus de Montfaucon T. IV. supplement. Antiquitatis explanatæ p. 132. 133. et in diss. de Pharo Alexandrina T. IX. memor. Acad. Inscript. pag. 293. Mich. le Quien in ephemeridibus eruditor. Paris. a. 1727. Junio pag. 232. 239. idem auctor diss. insertæ Tomo octavo continuat. memoriarum lit. et historiæ Gallice Paris. 1729. 12. pag. 325. sq. Journal des Sav. 1731. p. 236. Hadrianus Valesius malit *Quentavicum* sive *Stapulas;* quam opinionem erudite tuendam suscepit vir celeberrimus, Jo. Georg. Eccardus in diss. inserta Tomo VIII. Miscell. Lipsiensium p. 268. sq. 278. sq. Mihi jam verisimillimum videtur accipere de *Gessoriaco:* quanquam Caroli du Fresne sententiæ videtur suffragari [2] Guilelmus Pictaviensis.

De situ muri, quem millia passuum XIX. in altitudinem pedum XVI. a lacu Lemano ad montem Juram perduxisse se adversus Helvetiorum irruptionem refert Cæsar de bello Gall. I. 8. videnda dissertatio [3] prima, quæ subjuncta est editioni novæ locupletiori Historiæ Genevensis Gallica lingua compositæ a præclaro Viro Jacobo Sponio.

Liber VIII. *ab A. Hirtio additus.*

Liber VIII. *de bello Gallico* ad Cornelium Balbum Gaditanum,

1 In illustribus ex Britannica historica controversiis c. I. Argentorat. 1731. 4.

2 Vide Guil. Somneri responsionem ad Chifletium de portu Iccio (quæ cum Caroli du Fresne atque Edm. Gibsoni diss. prodiit Oxon. 1694. 8.) pag. 37. Christoph. Cellarium Geogr. antiquæ T. I. p. 378. sq. Petri Lagerlœf de Trajectu Cæsaris in Britanniam, Upsal. 1697. 8. Continuationem memoriar. lituraturæ et histor. Gallice editam T. VIII. p. 342. sq. *Wissantum* videtur potius esse memoratus Cæsari *portus superior* sive *ulterior*. Id. pag. 361. sq.

3 Journal des Savans 1731. Dec. p. 504.

non ab ipso Cæsare scriptus, sed ab A. Hirtio [1]additus, historiam a Cæsare cœptam ad ejus e Gallia in Italiam reditum perducit. Hic est Hirtius, Cæsaris familiaris, qui anno proximo post Cæsarem interfectum Consul in acie [2]periit. Ab eo novissimum Gallici belli imperfectumque librum suppletum fuisse scribit etiam Suetonius in Julio c. 56. Lupus Ferrariensis Epistola XXXVII. ad Heriboldum Episcopum: 'Commentarii belli Gallici tantum extant, nec quantum ad historiam, quod compertum habeam, Cæsaris quicquam aliud. Nam ceterarum ejus rerum gestarum, postquam idem Julius totius pæne orbis causarum molibus est oppressus, Hirtius ejus notarius in commentarios seriem referendam suscepit.' Capite 15. hujus libri verba Hirtii hæc sunt: 'nam in acie sedere Gallos consuesse, superioribus libris declaratum est.' At nihil tale legitur in Cæsaris, quales hodie extant, commentariis. 'Quare si quid judico,' inquit Dion. Vossius ad hunc Hirtii locum, 'vel periit hic locus, vel alicubi corruptus legitur.' Adde quæ habet Seldenus in mari clauso II. 1. et hæc verba Ethelwerdi: 'Hiberniam petunt, Britannidem olim a Julio magno Cæsare vocatam.' Superiorem commentarium citat Hirtius c. 4. et 30. 38.

Libri III. *Cæsaris de bello civili.*

De bello civili Pompeiano libri III. quos Cæsaris esse testatur quoque diserte Suetonius in Julio cap. 56. Utrosque de bello civili ac Gallico commentarios simplici, eleganti et emendata dictione venustos Cæsari perperam adjudicarunt Ludovicus Carrio, Floridusque Sabinus [3]et Ludovicus Caduccus, libros de bello Gallico ad Suetonium auctorem referre haud veritus: quorum sententia mihi fere æque absurda videtur atque illius, quem Isaacus Vossius in responsionibus primis ad objecta Rich. Simonis narrat dissertationem conscripsisse, qua falsa convinceret, quæcumque in libris de bello Gallico continerentur, et multis insuper ostenderet, Cæsarem nunquam transisse Alpes, et ne vidisse quidem

1 In quibusdam editionibus inepte appellatur *A. Hirtius Pansa;* notum enim est, Pansam Hirtii fuisse in consulatu, quo ambo anno U. C. 711. perierunt, collegam. Quod factum est ex *A. Hirtius s. Pansa;* ut inscripsere, qui de auctore dubitarent, ut in ceteris libris minoribus, de quibus mox.

2 Suetonius Augusto c. 11. Xiphilin. p. 33. sq. Hanckius de Rom. rer. scriptoribus I. 4.

3 Vide Vossium lib. I. de Hist. Lat. c. 13.

Galliam. Justus quoque Lipsius aliquando putavit alium esse, qui de bello Gallico, et qui de civili scripsisset, vel saltem libros de bello Gallico a Julio Celso interpolatos ad nos pervenisse, II. 7. Elector. et II. Epistolicar. quæst. et in extremo Analectorum ad lib. II. de militia Romana. Certe unum eundemque Cæsarem esse, qui de bello Gallico libros VII. et III. de civili scripsit, facile credimus et veterum testimoniis et stili emendati ac simplicis mirificæ similitudini. Libros *de bello civili* dissertationibus Philologicis a. 1641. illustrare cœpit Jo. Ravius, Professor Soranæ Academiæ, sed vix ultra binas aspexere lucem, quarum prima illustrando Floro IV. 2. (ubi de Cæsare disserit) impenditur.

Liber de bello Alexandrino, alius de Africano, et tertius de Hispaniensi, auctore A. Hirtio vel C. Oppio.

Subjungi his solent I. *Liber de bello Cæsaris Alexandrino*, qui Hirtium, ut videtur, habet auctorem, certe eundem, qui librum VIII. de bello Gallico addidit. 2. *De bello Africano*, quod cum Juba, Numidarum rege, Cæsar gessit, *liber*, judice Lipsio, elegantissimus, atque illi ipsi, qui superiorem scripsit, tribuendus. Plura tamen interpolatoris recentioris vestigia in illo visus est sibi deprehendere eruditissimus Dodwellus in diss. de Julio Celso, sect. VIII. cujus argumenta confutanda sibi sumsit Jo. Clericus Tom. XXVI. Bibl. Select. pag. 132. sq. 3. *Liber de bello Hispaniensi*, quem ad Cornelium Balbum, cui librum VIII. de bello Gallico Hirtius dicavit, vel ad C. Oppium refert vir insignis judicii G. J. Vossius. At Suetonius quidem de Balbo silens, ‘ Alexandrini,’ inquit, ‘ Africique et Hispaniensis incertus auctor est. Alii enim Oppium[1] putant, alii Hirtium, qui etiam Gallici belli novissimum imperfectumque librum supplevit.’ Hunc librum de bello Hispaniensi (alterius, quam duo superiores, auctoris) totum militari quodam et horrido compositum esse stilo, etsi bene latino, præter Lipsium II. 22. Electorum, monuit Josephus Scaliger prolegom. ad Manilium. A Julio Celso interpolatum ad nos pervenisse, multis argumentis, non æqualis omnibus ponderis, disputat Dodwellus in laudatæ diss. sectione XI. Ceterum hic liber *de bello Hispaniensi* extrema parte mutilus extat, atque ex Martini quoque Bladenii, Anglici interpretis,

1 C. Oppium intellige Cæsaris familiarem, de quo idem Vossius p. 67. Huic librum de bello Hispaniensi tribuit etiam Volaterranus. Hirtii sit an Oppii liber de bello Africano, dubitat Rupertus ad Florum p. 262.

sententia passim corruptus est, et junioris auctoris, quam ut Cæsaris tempora attigerit; quod tamen Suetonio minime visum, qui alii quidem quam Cæsari, sed uni ex ejus familiaribus, Oppio vel Hirtio, tributum scripsit. Bellum porro Hispaniense pro eo, quod in Hispania gestum est, ita dicitur, ut liber Hispaniensis, quia scriptus est in Hispania, Martiali præfat. libri XII. 'non Hispaniensem librum mittamus, sed Hispanum.'

De Julio Celso et commentariis de vita Cæsaris, quæ ad Celsum vulgo referuntur, e quibus petitum longius fragmentum, quod libro de bello Hispaniensi subjecit Jungermannus.

Fragmentum, extrema belli civilis, a Cæsare in Hispania gesti, referens, Jungermannus libro de bello Hispaniensi subjecit ex MS. Pauli Petavii a Jacobo Bongarsio accepto, e quo etiam Græcam versionem librorum VII. de bello Gallico edidit. Vossius petitum esse observat e commentariis de vita Cæsaris, quos tribuunt *Julio Celso*. Atque sane legitur in editione horum commentariorum [1]Græviana p. 185-191. Jungermannus vero notat, in Cujaciano codice illud occurrisse sine nomine: in Petaviano, sub nomine *Petrarchæ*. Primæ commentariorum illorum editioni anni 1473. nullum nomen auctoris est ascriptum. At Julium Celsum appellat non modo Vossius lib. I. de Historicis Lat. cap. 13. et lib. V. Institut. or. c. 3. tmemate 10. sed et ante Vossium Jo. Sarisberiensis, [2]Vincentius Bellovacensis libro VII. Speculi hist. Theodorius Engelhusius in Chronico et Gualterus Burlæus, sive auctor incertus operis de vitis Philosophorum, quod literis Longobardicis excusum est folii forma, non longe post repertam typographiam. Hic capite CIV. Julii Celsi historiographi mentione facta, cum dixisset, eum diligenter de bello Cæsaris *libros quinque* exarasse, *in quibus multa doctrinalia mirabilia continentur*, quasdam ex eo sententias excerpit, quæ in his commentariis leguntur. Sed librorum tantummodo trium in his distinctio occurrit: libri secundi initium in editione Græviana, est p. 28. libri tertii p. 37. Neque de bello tantum Cæsaris tradunt, sed univer-

1 Joan. Georg. Grævius Commentarios, qui Julii Celsi vulgo dicuntur, ex editione rarissima anni 1473. subjecit cum quibusdam suis castigationibus editioni Julii Cæsaris cum Dion. Vossii animadversionibus in lucem datæ Amstel. 1697. 8. Eodem anno separatim prelis subjecti sunt in Anglia, addito indice et præmissis virorum doctorum de illo testimoniis, Londini. 8.

2 Vide testimonia editioni Londinensi præmissa.

sum illius vitæ cursum persequuntur. At pagina 118. legitur hujuscemodi scholium: 'Hic incipit octavus commentariorum liber, quem fecit Julius Celsus. Septem autem primos et usque ad hunc passum fecit ipse Cæsar, quamvis hic auctor aliquot in locis contradicit et male Cicerone teste et ipso Celso in prologo suo.' Nimirum post istud scholion referuntur ea, de quibus agitur in libro octavo de bello Gallico, cujus libri octavi auctorem esse Celsum falso scholii auctor affirmat. Sed neque horum Commentariorum de vita Cæsaris auctor est Celsus, nam ipse commemoratur in iisdem p. 68. 'Suetonius auctor certissimus Germanorum hoc in finibus accidisse ait; Julius autem Celsus comes, et qui rebus interfuit, Eburonum in finibus factum refert.' Non est, quod aliud de rebus Cæsaris opus sub Julii Celsi nomine ab hoc scriptore lectum esse suspicemur, quod hodie non extet; sed potius libros ipsos septem Cæsaris 'Julio Celso imperite tribuit auctor quisquis fuit, quoniam Julius Celsus quidam Constantinopolitanus sexcentos circiter post Chr. natum annos, Cæsaris scripta recensuerat, nomenque suum illis, ut Terentio Calliopius, subsignaverat, quod etiamnum in variis Cæsaris codicibus MSS. deprehenditur, ut præter alios Godwinus præf. in Cæsarem annotavit, testatus in codice quodam MS. Thuano in margine libri II. de bello Gallico sub principium hæc verba extare: 'Julius Celsus Constantinus V. C. legi.' In margine vero libri III. 'Flavius Licerius Firminus Lupicinus legi.' At commentariorum auctor, a Celso, ut vidimus, diversus longe est ac recentior, ut observatum viris doctissimis, Grævio in præfatione, et H. Dodwello, qui Italum patria suspicatur, in diss. de Julio Celso ad Grævium, quæ Annalibus ejus Quintilianeis et Statianis subjicitur Oxon. 1698. 8. sectione XI. Sed Grævii verba ascribere juvat: 'Fuit Anonymus hic Christianus.[2] Laudat testimonium sancti Augustini de morte voluntaria Catonis, et non raro damnat et irridet gentilium, Romanorum præcipue, in auspiciis et sacris

1 In Eburonum finibus hæc accidisse innuit Cæsar v. 29.

2 Christianum scriptorem prodit etiam, quod pag. 179. edit. Grævianæ, de Cæsare: 'Postero autem die sacrificio Diis facto, dignus vir, qui uni et vero Deo sacrificium faceret et pro eo pugnaret.' Et clarius etiam p. 200: 'Simulacrum Cæsaris juxta Deos: et quos Deos quæso? Jovem forsitan aut Neptunum, qui certe pedem Cæsaris non valebant, homines vitiosi, aut ut scriptum est (Psal. XCVI. 5.) omnes Dii gentium dæmonia.' Nota *pedem Cæsaris non valebant*, hoc est pretium mensuramque: 'Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.' Horat.

superstitionem. Nulla in illo antiquitatis sunt vestigia. Quin vix quadringentorum, summum quingentorum annorum ætatem fert. Nam ut omittam alia, Morinos dicit suo tempore Flandros appellari, et Reges Germaniæ Cæsares.' (His Dodwellus adjungit, quod apud hunc scriptorem memorantur Basilea et Constantia urbes, urbs famosa Parisius, Flandria et Hannonia.) 'Neque tamen indignus est Anonymus hic lectione, cum multas graves sententias aspergat, quæ lectorem possunt erudire, ut non est in cognoscendis causis cur quæque gesta sint obtusus, nec inutilis aut legentibus aut edentibus Cæsarem. Non fuit enim imperitus rerum humanarum, nec pro captu illius ætatis indoctus, quippe qui in scriptis Tullianis præcipue in Epistolis ad Atticum minime fuerit hospes, ex quibus non pauca excerpsit, quæ faciunt ad Julium Cæsarem defendendum, quem admiratur unice, et ad refellenda quæcumque in illo criminabantur.' Hæc ille. Jac. Sirmondus in notis ad Ennodium p. 78. testatur, ad calcem codicis Vaticani quoque Cæsaris librorum ascriptum: 'Julius Celsus Constantinus V. C. legi.' 'Flavius Licerius Firminus Lupicinus legi.' Observatque Lupicinum hunc fuisse Euprepiæ sororis Ennodii Episcopi Ticinensis filium, clarum sub initia sexti a Ch. nato seculi. Nec Joannes Sariberiensis, [1]nec Polydorus Virgilius, nec Lipsius, Cæsaris commentarios Julio Celso attribuerunt tanquam auctori, ut traditur in Menagianis T. II. p. 99. Priores duo ne Celsi quidem mentionem fecerunt, Lipsius saltem II. 7. Elector. testatus est, se in Commentariis Cæsaris sæpe quærere Cæsarem, et multos in illam purpuram pannos insutos se videre, nec in dictione ipsa spirare ubique naribus suis auram illam, et, ut sic dicam, stactam puræ antiquitatis. 'Lege, relege, multa otiosa reperies, disjuncta, intricata, interpolata, repetita: ut omnino non absit, quin ad hanc prisci operis statuam novella aliqua accesserit et imperita manus.' Tantum autem abest, ut idem Lipsius Celsum habuerit pro auctore Cæsaris commentariorum, quod illi etiam tribuitur in Scaligerianis per Vassanos collectis, ut potius lib. II. Epistolicar. quæstionum cap. 2. refutet Lud. Carrionem ita sentientem: licet constet a Vincentio Bellov. in Speculo Hist. nec non a Gualtero Burlæo in vitis philosophorum, Jacobo Mangno in Sophologio, et Alberto Eybio margaritæ poëticæ auctore, Cæsaris subinde verba Celsi nomine citari. 'Quin Julius aliquis Celsus manus attulerit Cæsari, quædam reciderit, addiderit, quædam inter-

1 Bernardus Moneta notis ad Menagiana T. IV. p. 80.

polarit, nunquam infitebor; ut Cæsarem totum immutarit sic quasi Justinus Trogum, ignosce, ne tua quidem causa possum credere. De stilo quod ais, si verum quærimus, hi de bello Gallico discrepant aliquantum ab illis de Civili, filo orationis, et fieri potest, ut interpolati sint, ut dixi: non tamen ita, ut similitudo oris prorsus evanuerit, et quamvis gemini sint, fratres tamen esse ex ipsa ratione scribendi agnoscas.' Hæc ad Carrionem Lipsius. Error autem non exinde natus est, ut citato Menagianorum loco traditur, quod Julius Celsus vitam Cæsaris scripsit, sed quod Grammaticus, Julius Celsus Constantinus nomine, qui Cæsaris recensuit et castigavit commentarios, in rei testimonium ad calcem voluminis ascripsit hæc verba; 'Julius Celsus Constantinus [1]V. C. legi,' sive, ut in quibusdam codd. extat: 'Julius Celsus Vir Clariss. et Comes recensui.' Cum itaque exempla ad hanc recensionem exacta pro emendatioribus haberentur, factum est, ut librarii, quo majorem auctoritatem suis adderent codicibus, eis hanc præfigerent inscriptionem, quæ etiamnum in nonnullis MSS. legitur: 'C. Julii Cæsaris per Julium Celsum commentarii.' Fortasse non erraverit, qui cum erudito viro, Bernardo Moneta, sibi persuaserit, libros hosce tres de vita Cæsaris auctorem habere *Franciscum Petrarcham:* certe fragmentum de bello Hispanico, quod Jungermannus ex codice Petaviano edidit, Petrarchæ diserte in illo MS. tribuitur, idque ex libro III. p. 185-191. edit. Grævianæ ad verbum est repetitum. Citat auctor, quisquis est, præterea Julium Cæsarem p. 9. et ex ejus libris rerum suarum pleraque hausisse se non diffitetur p. 194. Sed et commemorat Cæsaris Epistolas 139. 140. et memorat iterum p. 195. allegat etiam Ciceronem p. 3. 118. 130. 133. 139. 194. 202. Epistolas ad Atticum p. 129. 202. Orationem Milonianam p. 85. pro Marcello 202. Sallustium p. 4. Virgilium p. 204. Senecam p. 157. 180. Valerium Max. p. 6. Plinium Sec. p. 157. Florum p. 58. 62. 79. 118. 135. 144. 189. Suetonium p. 8. 126. 127. 202. et Orosium pag. — et Augustinum p. 180. e Græcis Xenophontem p. 202. et Platonis Phædonem p. 180. Socratem p. 127.

1 Hinc Celsum aliqui fecere Constantinopolitanum. Menagiana Tom. IV. p. 84.

RECENSUS

EDITIONUM C. JULII CÆSARIS,

AUCTIOR FABRICIANO

ET IN V. ÆTATES DIGESTUS.

ÆTAS I. NATALIS

1469—1499.

1469 Editio princeps. (Romana I. ex recognitione Joannis Andreæ Episc. Aleriensis.) fol. absque titulo, sign. pagg. et cust. In prima statim pagina legitur editoris Epistola. Secunda exhibet Elenchum commentariorum Cæsaris, qui hac editione comprehenduntur, videlicet: 'C. Julii Cæsaris commentariorum de bello Gallico libri VII.; eorundem commentariorum liber VIII. A. Hirtio adscriptus, cum ejusdem præfatione; Cæsaris de bello Civili commentariorum libri III; Ejusdem de bello Alexandrino commentarius, Oppio aut Hirtio tributus; Ejusdem de bello Africano, Hirtii aut Oppii commentarius; denique de bello Hispaniensi iisdem auctoribus adscriptus commentarius.' Sequitur ipse textus cum hac subscriptione in fine: 'Anno Christi. M. CCCC. LXIX. die vero XII. mensis maii. Paulo Florente. II. anno ejus V. Rome in domo Petri de Maximis.' Cf. Audiffr. Cat. edd. Rom. p. 20. Maittair. p. 282. Com. de Rewiczky in Bibl. Gr. et Lat. Berol. 1794. p. 115 sq. Panzer T. II. p. 411. Rarissima inter libros rariores censetur editio. Oudendorpius tantum excerptis ex ea lectionibus usus est: ipsam non inspexit. Ceterum corrigendus Ernestius in Bibl. Lat. Fabr. auctius et emendatius editæ T. I. p. 259. ubi nonnisi libri V. de bello Gallico esse in hac editione perhibentur.

1471 Veneta I. fol. ap. Nic. Ienson.—Vid. Clement Bibl. curieuse, &c. T. VI. p. 18. Panzer T. III. p. 76.

1472 Romana II. fol. sine tit. pagg. cust. et sign. Incipit: 'C. Julii Cæsaris. belli gallici. Commentarius Primus.' In fine Comm. de bello Hisp. hæc ascribuntur verba: 'Anno Christi. M. CCCCLXXII. die uero. XXV. mensis augusti. Rome in domo Petri de Maximis.' Ultimum folium habet Epistolam Jo. Andreæ Episc. Aler. cum Elencho Comm. Cæsaris et registro. Hanc editionem principis esse imitatricem, ait Audiffredus; differre has inter se, judicat Quirini. Memoratur Panzero T. II. p. 430.

1473 Argentoratensis. fol. sine loco et typographo quidem at charact. gothic. minor. Henr. Eggenstein Argentorati expressa. Constat foliis 153.; quorum priora 82. Julii Celsi vitam Cæsaris; reliqua Commentarios de bello Gallico continent. In media fere vita Cæsaris, fol. 49 recto, hæc occurrunt verba: 'Hic incipit octavus commentariorum liber quem fecit iulius celsus: septem autem primos et usque ad hunc passum fecit ipse cesar, quamvis hic auctor aliquot in locis contradicit et male cicerone teste et ipso celso in prologo suo,' &c. (cf. supra p. 2042.) In ipso fine ejusdem legitur: 'Explicit Liber. Deo Gracias, &c. Anno Dni. M. CCCC. LXX. Tercio.' Sequuntur jam septem J. Cæsaris commentariorum de bello Gallico libri absque titulo, cum hac subscriptione: 'Suprascriptos. VII. libros de bello gallico composuit ipse cesar. Sequentem autem. Iulius celsus cesaris familiaris.' Ad calcem libri octavi hæc adjecta est formula: 'Finiunt feliciter; libri commentariorum Iulii cesaris de bello gallico. LXXIII.' In ultima tandem voluminis pagina habetur 'Tabula, siue registrum, librorum commentariorum Iulii cesaris, de bello gallico, continens in generali ea quæ in superioribus singulatim tradita sunt.'—Uberius hanc ed. descripsit Crevenna T. V. p. 150. sqq. ubi tamen male typographo Coloniensi Arnoldo ter Hornen attribuitur. Cf. Maittair. p. 326. Panz. T. I. p. 18.

1476 Romana III. Commentariorum de bello Gallico. Romæ MCCCCLXXVI. fol.—Sic quidem Maittair. p. 361. et Panzer T. II. p. 467. At etiam reliqua, quæ sub Cæsaris nomine circumferuntur, inesse in hac edit. verosimile videtur.

1477 Mediolanensis I. fol. C. Julii Cæsaris Commentaria. Præmissa est Epistola Petri Justini Philelphi ad Joannem Simonettam

ducalem Secretarium. Adjecta sunt A. Hircii aut Opii Commentariorum de bello Hispano libri IV. V. VI. et liber octavus de bello Gallico.—In fine: 'Anno Christi MCCCCLXXVII. die vero X. mensis Februarii hoc opus diligenter emendatum, Antonius Zarothus Parmensis, hujus præclaræ artis Magister politissimus, quam maxima potuit diligentia impressit.' Sequitur: 'Index Commentariorum C. Julii Cæsaris et earum rerum, quas ad cognitionem Urbium, Fluminum et Locorum, vir clarissimus Raymundus Marlianus invenit, atque edidit.'—Maittair. p. 374. Panzer T. II. p. 28.

1478 Mediolanensis II. fol. C. Julii Cæsaris Commentarii (ex recens. Petri Justini Philelphi.) In fine: 'Anno Christi MCCCCLXXVIII. sexto Idus Apriles Philippus Lauagnia Commentaria Cæsaris imprimi fecit Mediolani.' Sequitur Raymundi Marliani Index rerum.—Maittair. p. 378. Panzer T. II. p. 31. sq.

1480 Tarvisina. fol. s. 4. C. Julii Cæsaris Commentarii de bello Gallico libri VII. De bello civili libri III. Auli Hirtii aut Opii Commentaria de bellis Alexandrino, Hispaniensi et Africo libri IV. V. et VI. recognitore Hieronymo Bononio Tarvisano. In fine: 'Commentariorum de bello Gallico Civili Pompeiano Alexandrino Hispaniensi: et Africo liber ultimus finit: Quos Michael Manzolinus Parmensis Librariorum solertissimus suo sumptu fieri curavit Tarvisii Anno Gratiæ MCCCCLXXX. Pridie Kalendas Quintilis.' Sequitur Epistola editoris ad Antonium Zoianum Vincentinum; Carmen ejusdem Bononii in laudem Cæsaris; tabula Raymundi Marliani.—De rara hac editione vid. Goëtzii Mem. bibl. Dresdens. I. p. 154. Cf. Maittair. p. 406. Panzer T. III. p. 37. Harles. in Suppl. ad Brev. Not. Lit. Rom. P. I. p. 267.

1482 Veneta II. fol. Char. rom. crass. 'C. Julii Cæsaris commentariorum de bello gallico libri VII. cum additionibus Hircii. Jul. Cæs: commentar: de bello civili libri III. A. Hirtii aut Opii commentar: de bello Alexandr: liber IV. Hirtii aut Opii commentar: de bello Afric: liber V. Hirtii aut Opii commentar: de bello hispan: liber VI.' Hæc in fronte. In fine: 'Impressum Venetiis opera et expensis Octaviani Scoti Modoëtiensis MCCCCLXXXII. XII. Kalendas Septembris.' Sequitur 'Index Commentariorum C. Julii Cæsaris et earum rerum, quas ad cognitionem urbium et fluminum et locorum vir clarissimus et

eruditissimus Raymundus Marlianus invenit atque addidit.' —Maittair. p. 432. Panzer T. III. p. 182. coll. T. IV. p. 435. Repetitio, ut videtur, Tarvisinæ antecedentis, a Bononio curatæ, cujus et Epistolam habet. In hac Epistola Bononius de sua editione hæc profitetur: 'D. Cæsaris commentarios librariis exemplar fidele poscentibus: tumultuaria festinatione recognitos: quantum ocii a forensium actionum perturbatione sum nactus—præcipiti quadam lectione percurri.' Unde, quid de hac editione sentiendum sit, facile patet. Subinde tamen laudatur Davisio.—Ex eodem fonte fluxerunt etiam editiones sequentes:

1490 Veneta III. fol. 'I. Cæsaris commentarii de bello gallico et ciuili cum Raymundi Marliani indice vrbium, fluuiorum et locorum.' In fronte literis capitalibus: C. IULII CÆSARIS COMMENTARIORUM DE BELLO GALLICO LIBER PRIMUS. Fol. 116. a. 'Commentariorum de bello: Gallico: Ciuili: Pompeiano: Alexandrino Hispaniensi: et Africo liber ultimus finit.' Sequitur 'Hieronymi Bononii Taruisini ad Antonium Zoianum epistola.' Fol. 117. b. 'Index commentariorum C. Iulii Cæsaris: et earum rerum: quas ad cognitionem urbium et fluminum et locorum uir clarissimus et eruditissimus Raymundus Marlianus inuenit atque addidit.' In fine: 'Impressum Venetiis per magistrum Theodorum de Regazonibus de Asula. Anno ab incarnatione domini. MCCCCLXXXX. Die uero XIII. Iulii.'—Maittair. p. 520. Panzer T. III. p. 290.

1494 Veneta IV. fol. C. Julii Cæsaris commentarii de bellis Gallico, Civili, Alexandrino, Africano, Hispano cum additionibus Hirtii. Fol. 1. a. COMMENTARIUS CÆSARIS. Fol. 2. a. rubro: 'Liber primus C. Julii Cæsaris Commentariorum De Bello Gallico Liber Primus.' In fine Indicis a Raym. Marliano additi: 'Impressum Venetiis per Philippum de Pinciis Mantuanum Anno M. CCCC. LXXXXIIII. Die uero XXV. octobris.' Registr. chart. S. Antonii imago cum inscriptione: 'Defende nos beate pater Antoni.' Char. Rom. c. sig.—Maittair. p. 574. Panzer T. III. p. 359.

1499 Veneta V. fol. Commentaria Cæsaris. Hæc in fronte. In fine Indicis Marliani: 'Impressum Venetiis, sumptibus dni Benedicti Fontana Anno ab incarnatione domini. M. CCCC. XCIX. Die vero XIII. Aprilis.'—Editio venusta. Maittair. p. 686. Panzer T. III. p. 457.

ÆTAS II. BEROALDINO-ALDINA.

1504—1559.

1504 Bononiæ. fol. Commentarii Cæsaris recogniti per Philippum Beroaldum. Benedictus Bibliopola ad emtorem. 'Emptor attende. Quando emere vis Libros excussos in Officina mea excussoria, inspice Signum, quod in calce semper est. Ita nunquam falleris,' &c. In fine: 'Impressit Bononiæ Benedictus Hectoris Bibliopola Impressorque diligentissimus recognitos repastinatosque a Philippo Beroaldo curiose et vigilanter. Anno Salutis MD. IIII. Calendas Aprilis.' Insigne typogr.—Maittair. p. 169. Panzer T. VI. p. 323. Editio emendatior et ex Codd. facta.

1508 s. l. et typogr. 8. C. Julii Cæsaris Commentarii a Philippo Beroaldo editi. MDVIII.—Cat. Pinelli T. II. p. 61. Panzer T. IX. p. 109. Repetitio antecedentis.

— Juntina I. 8. curante Luca Robia. Commentaria Cæsaris. Fol. I. b. 'Lucas Robia Nicolao Valorio S.' In fine: 'Impressum Florentiæ opera et impensa Philippi Giuntæ Bibliopolæ Florentini, Anno a christiana salute D. octavo supra mille, mense Aprili.'—Maittair. T. II. p. 189. Band. annal. Junt. typogr. II. p. 26. sq. Panzer T. VII. p. 11.

1511 Venetiis. fol. C. J. Cæsaris, inuictissimi imperatoris commentaria, seculorum iniuria antea difficilia et valde mendosa. Nunc primum a viro docto (Luca Panetio, Canonico Olebinensi) expolita et optime recognita. Additis de nouo Apostillis, una cum figuris suis locis apte dispositis: nec non regulata tabula, quæ omnia loca, flumina, montes, urbes, oppida, infinita prœlia, et quæque digna cognitu mirifice demonstrat.—Ante Marliani Indicem hæcce leguntur: 'Habes, lector peritissime, Cæsaris commentaria antea impressorum incuria trunca et mendosa, nunc autem a viro docto optime recognita, et in pristinum candorem redacta: impressa mira diligentia Venetiis per Augustinum de Zannis de Portesio anno reconciliatæ natiuitatis MDXI. d. XVII. Augusti.'—Goëtzii Memorabilia bibl. Dresdens. T. I. p. 154. sq. Maittair. T. II. p. 222. Panzer T. VIII. p. 403.

1512 s. l. et typogr. 8. Commentarii Cæsaris recogniti per Philip-

pum Beroaldum. Fol. 220. a. legitur: 'Caii Julii Cæsaris Commentaria Belli Gallici: Ciuilis: Pompeiani: Alexandrini: Africi: ac Hispaniensis: accuratissime impressa: finiuntur Anno salutis dominicæ M. D. XII. iij. Kalendas Octobris.' In fine Indicis Marliani: 'C. Julii Cæsaris Commentariorum Index felicem sortitus est exitum Anno Domini M. CCCCC. et XII. pridie nonas nouembris.'—Ita quidem hanc ed. descripsit Crevenna in Cat. Vol. V. p. 152. insuper addens: 'Après on trouve encore une longue Lettre de *Hieronymus Bononius Taruisinus Antonio Zoiano vicentino clariss. prætoris præfectique Tarvisii Aluisij rendramini veneti patricij vicario,* dans la quelle Bononius dit d'avoir revu et corrigé le texte de cette édition. C'est de quoi l'on pourroit conjecturer qu'elle doit avoir été exécutée en Italie, et peutêtre à Trévise, ou à Venise.'—Mirum vero, Bononii Epistolam nuncupatoriam adjectam esse huic editioni, quæ, ut titulus indicat, ex familia est Beroaldinarum.

1513 Aldina I. 8. Hoc volumine continentur hæc: Commentariorum de bello Gallico libri VIII. de bello ciuili Pompeiano libri IV. de bello Alexandrino liber I. de bello Africano liber I. de bello Hispaniensi liber I. Pictura totius Galliæ, diuisæ in partes treis secundum C. Cæsaris commentarios. Nomina locorum urbiumque et populorum Galliæ, ut olim dicebantur latine et nunc dicuntur gallice, secundum ordinem alphabeti. Pictura pontis in Rheno, item Auarici, Alexiæ, Uxelloduni, Massiliæ. Literæ Max. Pontificum, ne quis libros cura nostra excusos imprimat vendatve, &c. ut in literis sub pœna excommunicationis lata sententia. Venetiis in ædibus Aldi et Andreæ Soceri 1513. mense Aprili.—Editio hæc curata est a Jo. Jocondo (Giocondi) Veronensi, ex ord. Dominicanorum, qui in Gallia multa exemplaria conquisivit, et eruditorum plurium Venetorum ingeniis omnia subjecit judicanda, ut ipse profitetur in Epist. ad Julian. Medicem. Mendis vero scatet.

1514 Juntina II. 8. Commentaria Cæsaris, prius a Jocundo impressioni data, posterius a nobis diligentissime revisa, et cum exemplaribus ejusdem collata, restitutis omnibus locis, quæ per incuriam ab iis, qui ea impressere, vel relicta, vel errata fuerunt. —In his autem Commentariis continentur De bello Gallico Libri VIII. De bello civili Pompeiano Libri IIII. De bello Alexandrino Liber unus, &c. Nomina locorum, urbium, et populorum

Galliæ—Pictura totius Galliæ—Item his quoque est addita Hispaniæ descriptio.—In fine: 'Florentiæ ex officina Philippi de Giunta anno M. D. XIIII. Mense Aug. Leone X. Pont. Max.'—Exprimit Aldinam 1513. cui vero præferenda est, quia a mendis purgata est.

1517 Venetiis. fol. C. J. Cæsaris inuictissimi imperatoris commentaria, &c. ut 1511. ubi vid. In fine: 'Habes, lector peritissime, Cæsaris commentaria—impressa mira diligentia Venetiis per Augustinum de Zannis de Portesio anno reconciliatæ nativitatis MDXVII. die XIII. Junii.'—Maittair. T. II. p. 300. Panzer T. VIII. p. 442. Eadem cum ed. 1511. mutato nonnisi ultimo folio et anni nota.

1518 l. 1519. Aldina II. 8. Hoc volumine continentur hæc: Commentariorum de bello Gallico libri VIII. De bello civili pompeiano libri IV. De bello Alexandrino liber I. De bello Africano liber I. De bello Hispaniensi liber I. Pictura totius Galliæ et Hispaniæ secundum C. Cæsaris Commentarios. Nomina locorum, urbiumque, et populorum Galliæ et Hispaniæ, ut olim dicebantur Latine, et nunc dicuntur, secundum ordinem alphabeti. Pictura Pontis in Rheno. Item Avarici. Alexiæ. Uxelloduni. Massiliæ.—In fine: 'Venetiis in ædibus Aldi et Andreæ Soceri, mense Januario MDXVIII.' Accedit Marliani Index. In cujus fine: 'Venetiis in ædibus Aldi et Andreæ Soceri, mense Novembri MDXIX.'—Panzer T. VIII. p. 446.

1519 Lugduni. 8. Repetitio Aldinæ, teste Fabricio.

1520 Juntina III. 8. Commentaria Cæsaris prius a Jocundo impressioni data, posterius a nobis diligentissime revisa, &c.—In fine: 'Florentiæ per heredes Philippi Juntæ Anno Domini M. D. XX. Mense Decembri. Leone X. Pont. Max.' Maittair. T. II. p. 597. Panzer T. VII. p. 34.

1521 Basileæ. 8. C. Julii Cæsaris Opera. Basileæ excudebat Thomas Wolf. M. D. XXI.—Panzer T. VI. p. 229. In Uffenbachianæ vero bibl. Catal. T. IV. p. 56. n. 260. legitur: 'Basileæ in ædibus Thomæ Wolfii. MXXXI.' (sic.)

1522 Parisiis. 8. curante Petr. Danesio. C. Julii Cæsaris Commentarii. Vænennt apud Viartium sub signo Leonis argentei Bibliopolam juratum in Via Jacobæa; ejus sumptibus imprimebat Petrus Vidouæus Typographus Anno MDXXII. Mense Junio. —Maittair. T. II. p. 628. Panzer T. VIII. p. 80.

1530 Parisiis. 4. C. Julii Cæsaris Commentarii. Parisiis apud Iodocum Badium 1530.—Maittair. T. II. p. 739. Panzer T. VIII. p. 131.

1533 Parisiis. 8. C. Julii Cæsaris Commentarii. Parisiis apud Iodocum Badium et Johannem Roigny. MDXXXIII.—Maittair. T. II. p. 787. Panzer T. VIII. p. 162.

1535 Basileæ. 8. C. Julii Cæsaris Commentarii. Basileæ apud Joannem Hervagium. Anno M. D. XXXV.—Bibl. Schwarz. Panzer T. VI. p. 306.

1536 Gryphiana I. 8. C. Cæsaris Commentarii. Quæ in hac habeantur editione, sequens pagella docebit. Lugduni apud Seb. Gryphium.—Maittair. T. II. p. 841. Panzer T. VIII. p. 367.

1538 Glareani I. 8. Commentariorum Cæsaris Elenchus. De bello Gallico libri IIX. De bello civili Pompeiano libri III. De bello Alexandrino liber I. De bello Africano liber I. De bello Hispaniensi liber I. Ad hæc. Pictura totius Galliæ, divisæ in partes tres, secundum C. Cæsaris Commentarios. Nomina locorum urbiumque, et populorum Galliæ, ut olim dicebantur latine, et nunc dicuntur gallice, secundum ordinem alphabeti. Pictura pontis in Rheno, item Avarici, Alexiæ, Uxelloduni, Massiliæ. Atque hæc omnia ex D. Henrici Glareani Poëtæ laureati castigatione, et cum scholiis ejusdem. 'Friburgi Brisgoviæ, per Joannem Fabrum Emmeum, Juliacensem.'—Præter ea, quæ in titulo memorantur, præmissa conspiciuntur: 1. 'Aldi præfatio ad Lectorem,' ex ed. Ven. 1513. 2. 'Varia diversorum Codicum lectio, et errata, quæ in octo libris de bello Gallico fefellerunt, post vero relecto exemplari per Antonium Krummenstoll, Nuithonem, et Carolum a Waehingen Athesinum, deprehensa ac emendata fuerunt.' 3. 'Joannis Jocundi veronensis epistola ad Julianum Medicem,' et 4. 'Joannis Emmei, Juliacensis typographi, ad lectorem præfatiuncula,' in qua Glareani compatris et amici singularis hortatu et admonitione se adductum fuisse scribit, ut omnium nominum in Cæsaris commentariis oppidorum civitatumque Indicem adjiceret, quia Marliani catalogus multa falsa, multa suspecta habeat in populorum totius Galliæ nomenclatura, ita ut lector ei neutiquam tuto confidere queat. In fine editionis reperitur 'Index eorum, quæ in commentariis C. Julii Cæsaris habentur per ordinem alphabeti per Raymundum Marlianum.'—Rarissimam hanc ed. descripsit Freytagius in Apparat.

litter. T. I. p. 448. sqq. Separato volumine continentur Annotationes Glareani, quæ eodem anno prodiere hoc titulo: 'In C. Julii Cæsaris clarissimi Rom. Imperatoris Commentarios de bello gallico ac civili Henrici Glareani poëtæ laureati Annotationes. Friburgi Brisgoviæ.' 8. Inscripsit has suas annotationes Glareanus nominibus Guidonis atque Prosperi, generosorum Baronum a Gebennis, epistola, Kal. Aprilis Friburgi Brisgoviæ an. 1538. scripta, in qua earum reddit rationem, et Æneæ Sylvii aliorumque errores, quos in veteri geographia admiserunt, perstringit. Epistolam excipit Index eorum, quæ in annotationibus enucleata reperiuntur. Adjectæ postea fuerunt hæ annotationes multis Cæsaris editionibus, et seorsim Lugduni 1546. 8. recusæ prodierunt.

— Gryphiana II. Lugduni, apud Seb. Gryphium. 12.

— Basileæ. 8. sine nomine typographi.

1539 Parisiis. 8. apud Franc. Gryphium c. figg. Et hæc editio rarioribus libris annumeratur.

— Basileæ. 8. C. Julii Cæsaris Commentarii. Quæ in hac editione adjecta sint, quibus hactenus omnium editiones caruerunt, sequens pagella docebit. Basileæ per Nic. Brylingerum. Hæc in titulo. Pagina aversa leguntur contenta in hoc volumine: Commentariorum de bello Gallico libri VIII. De bello Civili libri III. Alexandrino lib. I. Africano lib. I. Hispaniensi lib. I. Pictura Galliæ totius et Hispaniæ. Pictura pontis in Rheno, &c. Locorum, urbium et populorum nomina, &c. Præterea nos editione illa addidimus: 1. Descriptionem Alpium, et quorundam aliorum locorum. 2. Navalis rei vocabula, quibus utitur Cæsar. 3. Nomina civitatum Germanice. 4. Propriorum nominum nomenclaturam. 5. Indicem dictorum et factorum, quem nulla editio, sit quæcunque, quam nos vidimus, habuit.

1540 Gryphiana III. Lugduni, apud Seb. Gryphium. 8. Extabat in bibliotheca Crevennæ, teste Catalogo T. V. p. 153.

1543 Gryphiana IV. Lugduni, apud Seb. Gryphium. 8.

— Basileæ. 8. cum Jo. Rhellicani Tigurini notis sive prælectionibus in Cæsarem.—Has prælectiones ordo theologorum Paris. postulante Procuratore regio, examinari jussit!

— Parisiis. fol. C. Julii Cæsaris rerum a se gestarum Commentarii, &c. Omnia collatis vetustis exemplaribus tam scriptis, quam impressis, accurate emendata. Pictura totius Galliæ, &c. per

Jucundum Veronensem ex descriptione Cæsaris. Eutropii Epitome belli Gallici ex Suetonii Tranquilli monumentis, quæ desiderantur. Parisiis, ex officina Michaëlis Vascosani.—Basis est recensio Jucundi, a qua tamen multum discedit. Vid. Goëtzii Memor. B. Dresd. I. p. 157.

1544 Lutetiæ. 8. C. Julii Cæsaris rerum ab se gestarum Commentarii, ex vetustissimis scriptis codicibus emendatiores. Pictura totius Galliæ, &c. per Jucundum Veronensem, &c. Accedit Eutropii Epitome belli Gallici ex Suetonii Tranquilli monumentis, et Henrici Glareani in Cæsaris commentarios annotationes. Lutetiæ, ex officina Roberti Stephani.—Vascosani hæc est editio; multa tamen vett. codd. auxilio et amicorum judicio restituta gloriatur editor. Oudendorpio dicitur editio correctissima.

— Basileæ. 8. C. Julii Cæsaris Commentariorum libri VIII. Quibus adjecimus suis in locis D. Henr. Glareani doctissimas annotationes. Quæ præterea hac in editione addita sunt, sequens pagella docebit. Basileæ per Nic. Bryling.—Insunt huic editioni etiam libri de bello Civili, quamvis in titulo nulla eorum facta sit mentio.

— Glareani II. 8. In C. Julii Cæsaris clarissimi Rom. Imperatoris Commentarios de bello Gallico ac Civili Henrici Glareani poëtæ laureati Annotationes. Nunc ab auctore diligenter revisæ et auctæ. Friburgi Brisgoviæ. Stephanus Melechus Gravius excudebat anno 1544.—Quæ editio non tantum Glareani annotationes, quod titulus innuere videtur, sed ipsos quoque Cæsaris commentarios continet.

1545 Gryphiana V. Lugduni, ap. Seb. Gryphium. 12.

1546 Friburgi Brisgoviæ. 8. C. Julii Cæsaris Commentarii. Ex D. Henrici Glareani poëtæ laureati castigatione, et cum scholiis ejusdem. Friburgi Brisgoviæ, Stephanus Gravius excudebat.—Vide Goëtzii Mem. Bibl. Dresd. l. c.

— Gryphiana VI. 12. C. Julii Cæsaris rerum ab se gestarum Commentarii. Lugduni, apud Seb. Gryphium.—Immensum quantum differt hæc Gryphii editio ab ed. 1536. et ex Vascosana ad apicem expressa est, teste Oudendorpio.

1547 Gryphiana VII. Lugduni, apud Seb. Gryphium. 8.

1549 Gryphiana VIII. Lugduni, apud Seb. Gryphium. 12.

1550 Parisiis. 4. apud Vascosan. (Alia exemplaria habent notam anni 1551.)

1551 Gryphiana IX. Lugduni, apud Seb. Gryphium. 8. c. figg. Memoratur Harlesio in Suppl. ad breviorem notitiam lit. Rom. P. I. p. 272.

1555 Gryphiana X. Lugduni, apud Seb. Gryphium. 12.

1556 Gryphiana XI. Lugduni, apud Seb. Gryphium. 8.

1558 Lugduni. 12. apud Frellonium.

— Basileæ. 8. c. n. Henr. Glareani.

— Lugduni. 12. apud Ant. Vincent. ex ed. Jo. Jucundi.

1559 Venetiis. 8. C. Cæsaris Commentarii, cum pictura totius Galliæ, pontis in Rheno, &c. Raymundi Marliani Indice, et correctionibus Pauli Manutii. Venetiis, apud Paulum Manutium, Aldi fil.

ÆTAS III. GRYPHIO-BRUTINA.

1560—1605.

1560 Gryphiana XII. Lugduni, ap. Seb. Gryphium. 12. ex antiquissimo exemplari excusa, cum Jo. Jucundi Veronensis expositionibus.

1561 Venetiis. 8. cum correctionibus P. Manutii.

1563 Brugis. fol.

— Basileæ. 8. apud Nic. Brylingium, cum Glareani annotationibus et expositionibus Jucundi.

1564 Venetiis. 8. C. Julii Cæsaris Commentarii, cum Jo. Mich. Bruti Scholiis. Venetiis, apud Manutium. Repetita an. 1566. ubi vid.

1566 Basileæ. 8. cum notis Henr. Glareani.

— Venetiis. 8. C. Julii Cæsaris Commentariorum de bello Gallico libri IIX. B. C. libri III. Alex. I. &c. Galliæ, Hispaniæ locorumque insignium pictura. Nomina tum vetera tum recentia explanata. Jo. Michaëlis Bruti Scholia, quibus loci plurimi obscuriores explicantur. Corrigente Aldo Manutio Pauli F. Venetiis 1566. in ædibus Manutianis.—Præmissa est Pauli Manutii epistola; deinde Bruti, qua se ipsum nosse dicit, quantopere a se elaboratum sit in emendando Cæsare. Sequuntur picturæ

rudes cum Jucundi explicationibus. In calce adjiciuntur Marliani Index geographicus et Bruti Scholia s. libellus variarum lectionum ex cod. Carrariensi msto antiquissimo et ed. Gryphiana, ex vetusto codice excusa, Florentina 1514, Paris. Rob. Steph. et Vascosani, addita interdum crisi, et lectione, quæ placuit, stellulis notata. Præstans editio.

1569 Argentorati. 12. cum scholiis Mich. Bruti.

— Venetiis. 8. ap. Aldum, cum scholiis Henr. Glareani.

1570 Antwerpiæ. 8. C. Julii Cæsaris Commentarii, novis emendationibus illustrati. Ejusdem librorum, qui desiderantur, fragmenta. Ex bibliotheca Fulvii Ursini Romani. Quæ præter ea in hoc libro contineantur, sequens pagina indicabit. Antwerpiæ, ex officina Christoph. Plantini.—Hæc editio omnia habet, quæ sunt in edit. Ven. 1566. et præterea 1. epistolam Fulvii Ursini, Romæ 1569. scriptam, in qua scribit, se post Anton. Augustinum collegisse Cæsaris fragmenta, et operæ pretium facere arbitratum esse, si quas correctiones eruisset ex optimo codice, ante sexcentos fere annos scripto, a se invento, adjunctis Octavii Pantagathi et Gabr. Faërni emendationibus, cum iis, quæ collegisset, Cæsaris scriptorum fragmentis, in lucem ederet. 2. Fragmenta illa cum Ursini emendationibus in Cæsarem. Fulvius tamen Ursinus furti literarii incusatur. Plerasque enim notas in Cæsarem acceperat a Petro Ciacconio, easque, suppresso veri auctoris nomine, suis admiscuit. Cf. Harlesium in Introduct. in not. lit. Rom. Part. II. p. 204.

— Venetiis. 8. ap. Manutium.

1571 Lausannæ. fol. C. Julii Cæsaris Commentarii post omnes omnium editiones, accurata sedulitate, et summa denuo vigilantia ex multorum tam veterum quam neotericorum exemplarium collatione emendati, et studiosissime recogniti a Joanne Rosseto Aurimontano. Hisce, cum locorum, urbium, et populorum nominibus, et expositionibus, ac item rerum et verborum copiosissimo Indice, accessit variarum lectionum libellus perquam utilis, eodem Rosseto collectore. Lausannæ excud. Joannes Probus illustrissimorum dominor. Bernensium in civitate Lausannensi typographus.—Inter rariores Cæsaris editiones hæc non postremum occupat locum. Ipse quidem editor, in epistola ad Consulem et Senatores urbis Lausannensis, se hanc Cæsaris editionem ad fidem veterum codicum, tum olim Romæ, tum etiam alibi,

decimo quinto et sexto sæculo impressorum, recognovisse, et exemplarium præstantissimorum fidem secutum esse testatur. Sed si Oudendorpium audiamus, Jo. Rossetus in eorum fuit numero, qui vel depravatis aut vulgaribus codicibus addicti, vel nimis ingenio indulgentes, aut meras aliorum conjecturas recipientes hallucinati sunt, et alter alteri adversantes, lectorem veræ scripturæ incertissimum reddiderunt. Plura de hac editione vid. ap. Freytagium in Analect. litter. de libris rarioribus p. 177. sq.

— Venetiis. 8. C. Julii Cæsaris de bello Gallico libri IIX. &c. Ejusdem Fragmenta a Fulvio Ursino collecta. Nomina tum vetera, tum recentia explanata, variæ lectiones, scholia Aldi Manutii, Paulli F. Aldi N. Venetiis in ædibus Manutianis.— Aldum sua in Cæsarem magnam partem a Jo. Rhellicano clam mutuatum esse, annotat Brantius ad Cæsarem p. 854. ed. Jungerm. Multas tamen inscriptiones veteres immiscuit notis.

— Basileæ. 8. cum notis Glareani.

1573 Lugduni. 12. ap. Ant. de Harsy.

1574 Lugduni. fol. C. Julii Cæsaris Commentarii de B. G. VII. Auli Hirtii de eodem octavus, &c. cum scholiis Hotomanni Jcti., Fulv. Ursini Romani, Aldi Manutii. Lugduni apud Barth. Vincent.—Notæ Hotomanni potissimum ad interpretationem grammaticam atque historicam pertinent.

— Eadem ibid. recusa in 8.

— Lugduni. 8. C. Julii Cæsaris Commentariorum de bello Gallico libri VII. et civili libri III. Nunc primum variis in margine lectionibus illustrati, tum vero doctiss. annott. et aliquot Ursini emendationibus locupletati. Ejusdem librorum, qui desiderantur, fragmenta. Lugduni apud Guil. Rouillium. In fine emendationes habet e cod. Carrariensi, editt. Gryphii Lugdunensi, Florentina, Parisiensi Rob. Stephani et aliis libris. Cf. Harlesii Supplem. ad brev. not. liter. Rom. P. I. p. 273.

— Antwerpiæ. 12. ex offic. Plantiniana, cum notis et castigationibus Jucundi, Bruti, Manutii, Ursini, et spicilegio Jo. Sambuci.

— Parisiis. 16. ex offic. R. Granion. novis emend. illustrati cum fragm. e bibl. Fulv. Ursini.

1575 Venetiis. 8. C. Julii Cæsaris Commentarii ab Aldo Manutio, Paulli F. Aldi N. emendati et scholiis illustrati. Venetiis, apud Aldum.

— Francofurti ad M. fol. c. figg. C. Julii Cæsaris rerum gestarum

Commentarii XIV. Nempe C. J. Cæs. de bello Gall. Comment. VII. A. Hirtii de eodem liber I. C. J. Cæs. de bello Civ. Pompeiano Comm. III. A. Hirtii de bello Alex. liber I. de bello Afr. liber I. de bello Hisp. liber I. Omnia collatis antiquis msstis exemplaribus, quæ passim in Italia, Gallia et Germania invenire potuimus, docte, accurate et emendate restituta ; prout proxima pagina indicatur. Eutropii Epitome belli Gallici ex Suetonii Tranquilli monumentis, quæ desiderantur. Cum doctiss. annotationibus H. Glareani, F. Hotomanni, Fulv. Ursini Romani, Aldi Manutii, P. F. Ex museo Jacobi Stradæ, Mantuani, S. C. M. antiquarii et civis Romani. Francofurti ad M. apud Georg. Corvinum.—Rara et venusta editio. Basis illius fuit ed. Lugd. an. 1574. apud B. Vincent.

— Lugduni. 12. apud B. Vincentium. Extabat in bibl. Emtinckiana, teste Catal. P. III. p. 452. n. 255.

1576 Lugduni. 12. C. Jul. Cæsaris rerum ab se gestarum commentarii. Jo. Jocundi Veronensis opera ad veterum tam mss. quam impressorum exemplarium fidem accuratissime olim collati. Nunc vero Fulv. Ursini scholiis, et doctissimorum quorundam virorum aliquot annotationibus et castigationibus illustrati. Lugduni, apud Anton. de Harsy.—Bibl. Acad. Heidelb.

— Venetiis. 8. apud Aldum.

1578 Antwerpiæ. 12. ex offic. Plantin. novis emendatt. illustr.

1579 Coloniæ Agripp. 8. ap. Petr. Horst.

1580 Lugduni. 8. apud Ant. Gryphium.

1581 Lugduni. 8. apud Barth. Vincentium, cum scholiis Fr. Hotomanni, Fulv. Ursini, Aldi Manutii.

1582 Lugduni. 12. ap. Gryph.

1583 Basileæ. 8. cum Henr. Glareani annotationibus.—Bibl. Uffenbach. T. IV. p. 55. n. 258.

1584 Francofurti. 8. C. Julii Cæsaris de bello Gallico libri VII. &c. Ejusdem librorum, qui desiderantur, fragmenta. Auli Hirtii de bell. Alexandr. Afric. Hispan. Galliæ, Hispaniæ, locorumque insignium pictura. Nomina tum vetera, tum recentia explanata. Nunc primum exquisitis in margine lectionibus illustrati, tum vero doctissimis annotationibus et aliquot exactissimis emendationibus locupletati. Editio tertia cum Indice copioso. Francofurti, apud Jo. Wechel.—Fluxit ex ed. P. Manutii, cujus quoque

epistola præfixa est, et Plantiniana, prætereaque habet Hotomanni commentarium. Editor latet.

1585 Londini. 16. C. Julii Cæsaris Commentarii, novis emendationibus, &c. Londini, apud Arnoldum Hatfield et Nic. Newtonum.—Bruggemann p. 515.

1586 Lugduni. 8. C. Julii Cæsaris rerum ab se gestarum Commentarii, cum accessionibus. Lugduni, apud Ant. Gryphium.—Bibl. Emtinck. P. III. p. 311. n. 613.

— Antwerpiæ. 8. C. Julii Cæsaris Commentarii de bello Gallico et Civili. Ejusdem librorum, qui desiderantur, fragmenta. Omnia judicio viri docti emendata et edita. Antwerpiæ, apud Plantin.—Bibl. Emtinck. ibid. n. 614.

1588 Venetiis. 8. C. Julii Cæsaris Commentarii, ab Aldo Manutio emendati et scholiis illustrati. Venetiis, apud Aldum.

1589 Francofurti ad M. fol. Repetitio ed. 1575.

— Coloniæ Agripp. 8. C. Julii Cæsaris Commentariorum de bello Gallico libri VIII. civili Pompeiano libri III. Alexandrino I. Africo I. Hispaniensi I. Pictura totius Galliæ, Hispaniæ, pontis in Rheno, &c. per Jucundum Veronensem, ex descriptione Cæsaris. Veterum Galliæ locorum, populorum, urbium, montium, ac fluviorum brevis descriptio. Cum Indice locupletissimo. Coloniæ Agrippinæ, apud Petr. Horst.—Bibl. Acad. Heidelb.

1590 Venetiis. 8. apud Aldum.

— Londini. 16. ap. Arn. Hatfield. Repetitio ed. 1585.

1591 Basileæ. 8. cum picturis geogr. descriptionibus locorum diversorum, notis, variis lectionibus, annotationibus Marliani, Ursini, Glareani, Hotomanni et aliorum. Basileæ, ex officina Osteniana.

1593 Lugduni Bat. 8. Repetitio ed. 1586.

— Lugduni Bat. 8. C. Julii Cæsaris omnia quæ extant: jam pridem opera et judicio viri docti (Justii Lipsii) emendata et edita. Accessere imperii Romani, Galliarumque et Hispaniarum veterum tabulæ, e conatibus geographicis Abr. Ortelii. Summaria insuper singulis libris præfixa, et ad marginem notæ rerum indices. Lugduni Bat. ex offic. Plantin. apud Fr. Raphelengium.—Editio præstans et nitida.

1595 Heidelbergæ. 24. apud Hieron. Commelin.

— Antwerpiæ. 8. apud Martinum Nutium.

1596 Argentorati. 16. impensis Laz. Zetzneri, cum varr. lectt. F. Ursini et Mich. Bruti scholiis.

1605 Lugduni. 12. C. Julii Cæsaris rerum ab se gestarum Commentarii.

— Antwerpiæ. 8. novis emendatt. illustrati, cum fragmentis.

ÆTAS IV. SCALIGERIANA.

1606—1700.

1606 Lugduni Bat. 8. ap. Rapheleng. ex nova recognitione Jos. Scaligeri, qui vel ex libris veteribus, vel de conjectura multa mutavit.

— Francofurti. 4. C. Julii Cæsaris quæ extant, ex nupera viri docti accuratissima recognitione. Accedit vetus interpres græcus librorum VII. de bello Gallico, ex bibliotheca P. Petavii. Præter ea notæ, annotationes, commentarii, partim veteres, partim novi, (Rhellicani, Glareani, Glandorpii, Camerarii, Bruti, Manutii, Sambuci, Ursini, Ciacconii, Hotomanni, &c.) in quibus notæ tum politicæ, tum criticæ Jo. Brantii. Ad hæc Indices rerum et locorum utiles. Editio adornata opera et studio Gothofr. Jungermanni [cum ejusdem notis ad interpretem Græcum.] Francofurti, apud Claud. Marnium et hered. Jo. Aubrii. 2 voll. —Jungermannus primum per capitum sectiones divisit libros Cæsaris; textum retinuit Scaligerianum. Editio præstantior ob notarum varietatem.

1609 Antverpiæ. 8. C. Julii Cæsaris Commentarii novis emendationibus illustrati. Ejusdem librorum, qui desiderantur, Fragmenta. Ex bibliotheca Fulvii Ursini Romani. Antverpiæ, apud viduam et heredes Petri Belleri.—Repetitio, ut videtur, editionis ap. Plantin. a. 1570. In calce etiam adduntur Bruti scholia.

— Aurel. Allobrog. fol. C. Julii Cæsaris et Hirtii commentaria. Inter Scriptores historiæ Romanæ. Tom. I. pag. 717. sqq.

1612 Lugduni. 8. C. Julii Cæsaris rerum gestarum Commentarii. Omnia docte et emendate restituta, cum notis, annotationibus et commentariis doctissimorum virorum.

1613 Lugduni. 8. per Ant. Harsyum, cum notis variorum.—Grutero vulgo attribuunt hanc editionem.

1616 Mussiponti. 8.

— Venetiis. 8. C. Julii Cæsaris Commentarii, ab Aldo Manutio emendati.

1619 Lugduni Bat. 8. typis Is. Elzevir. c. figg.

1620 Duaci. 8.

1621 Amstelodami. 24. ap. Guil. Cæsium, ex emend. Scaligeri.

1622 Genevæ. 16.

— Antverpiæ. 8.

1626 Lugduni. 12. cum varr. lectt. Fulv. Ursini, scholiis M. Bruti, figg. æn. aliisque.

1627 Amstelodami. 24. ex emend. Jos. Scaligeri. Ex museo J. Is. Pontani. Amst. ap. Jo. Janssonium.

1628 Amstelodami. 8.

1631 Argentorati. 12. ap. Zetznerum. C. Julii Cæsaris Opera omnia quæ extant ex Bibliotheca olim Fulvii Ursini.

1635 Lugduni Bat. 12. C. Julii Cæsaris quæ extant. Ex emendatione Jos. Scaligeri. Lugd. Bat. ex officina Elzeviriana.—Ad hanc ed. hæc annotavit Crevenna T. v. p. 154.: 'Il y a deux sortes d'exemplaires de cette édition; les uns originaux, et les autres contrefaits. L'édition originale a dans les deux vignettes, qui se trouvent l'une à la tête de la Préface, et l'autre au commencement du texte, une tête de buffle, et la page 149. porte par erreur 153.' Cf. Com. de Rewiczky Bibl. Gr. et Lat. p. 117.

— Lugduni Bat. 8. C. Julii Cæsaris quæ extant, cum notis varr. ex recensione Jac. Stradæ, additis tabulis topographicis et imaginibus machinarum bellicarum cum nova explicatione M. Zuerii Boxhornii.

1636 Amstelodami. 24. C. Julii Cæsaris quæ extant, ex emendatione Jos. Scaligeri; ex museo J. I. Pontani. Amst. ap. Jo. Jansson.

1644 Amstelodami. 12. apud Jo. Jansson. ex emendatione Scaligeri.

1645 Coloniæ Agripp. 8. ex offic. Birckmannica. C. Jul. Cæsaris Commentaria de bello Gallico, in usum studiosorum separatim excusa.

1649 Amstelodami. 24. ap. Jansson. Ex museo Is. Pontani.

1650 Amstelodami. ap. Elzevir. 8. cum notis varr.

1651 Lugduni Bat. 8. C. Julii Cæsaris quæ extant, cum selectis variorum commentariis, quorum plerique novi, opera et studio

Arnoldi Montani. Accedunt notitia Galliæ et notæ auctiores ex autographo Jos. Scaligeri. Lugd. Bat. ex offic. Wyngaerden.

— Amstelodami. 12. ap. Elzevir.

1653 Aureliæ Allobr. fol. C. Julii Cæsaris et Hirtii Commentaria. In Corpore Scriptorum historiæ Rom. ex ed. 1609. repetito.

1657 Amstelodami. 12.

1658 Argentorati. 8. ex ed. Bœcleri.

1661 Amstelodami. 8. ap. Elzevir. cum selectis variorum commentariis, opera et studio Arnoldi Montani.—Ex ed. 1651. recusa.

1664 Lugduni Bat. 12. ap. Elzevir. et emend. Scaligeri.

1665 Amstelodami. 12. ap. Jansson. Ex emendatione Scaligeri.

1669 Francofurti. 4. C. Julii Cæsaris quæ extant, cum interprete Græco et notis variorum studio Gothofredi Jungermanni. Francof. sumtibus Jo. Dav. Zunneri. 2 voll.—Repetitio Jungerm. ed. 1606. Quæ etsi in titulo auctior et comtior dicitur, non æque tamen est correcta. Auctior vero est ob additam in fine Jos. Scaligeri notitiam Galliæ depromtam ex editione Elzeviriana, et Aldi Manutii brevem de Galliæ divisione commentationem; et ob additos versus vel incisa comtior, vel utilior.

1670 Amstelodami. 8. ex offic. Elzevir. Repetitio ed. 1651. Arnoldi Montani.

1674 Antverpiæ. 8. C. Julii Cæsaris Commentarii, novis emendationibus illustrati, ex bibl. Fulvii Ursini. Antv. ap. Plantin.

— Parisiis. 8.

— Lipsiæ. 8. e recens. Scaligeriana.

1675 Amstelodami. 12. ap. Elzevir. ex emend. Scaligeri.

1678 Parisiis. 4. C. Julii Cæsaris quæ extant. Interpretatione et notis illustravit Joannes Goduinus in Usum Delphini. Lutetiæ Parisiorum, typis Petri le Petit.—Goduini notæ sunt philologicæ.

1680 Hagæ Com. 24. e rec. Scaligeriana.

1683 Lugduni Bat. 12.

1684 Lugduni Bat. 12. C. Julii Cæsaris quæ extant, cura doctorum virorum emendata. 2 voll. c. figg. æri incisis.

1685 Amstelodami. 24. cum tabb. geogr.

— Hagæ Com. 24. ex emend. Scaligeri.

1687 Francofurti. 8. ex rec. Scaligeri, cum triplici Indice Merbizii et figg.

1693 Londini. 8. C. Julii Cæsaris quæ extant, interpretatione et

notis illustravit Jo. Goduinus in usum Delphini.

1696 Francofurti et Lipsiæ. 8. ex emend. Scaligeri, cum figg. tabb. geogr. et Indice Joh. Valent. Merbizii.

1697 Londini. 8. Repetitio ed. Goduini in usum Delphini.

— Amstelodami. 8. C. Julii Cæsaris quæ extant, cum notis et animadversionibus Dionysii Vossii, ut et qui vocatur Julius Celsus de vita et rebus gestis C. Julii Cæsaris. Ex museo Jo. Georgii Grævii. Amstelodami, ex typogr. P. et J. Blaeu.—Dion. Vossii, G. J. filii, codice perantiquo msto usi, notæ, primum a Grævio editæ, partim sunt critici generis, partim grammatici aut historici. Ipsius Grævii curæ tantum versantur in emendando Julio Celso. Addita Jos. Scaligeri notitia Galliæ, et notæ super appellationibus locorum aliquot et gentium apud Cæsarem, quæ e Scaligeri autographo castigatiores et auctiores hic vulgantur. Editio nitida, quamvis non usquequaque emendatissima.

1700 Roterodami. 16. ap. Regner. Leers, ex emend. Scaligeri.

ÆTAS V. CELLARIO-DAVISIO-CLARKIO-OUDENDORPIANA.

1705—1803.

1705 Lipsiæ. 8. C. Julii Cæsaris commentarii de bello Gallico et Civili, &c. Christophorus Cellarius recensuit et notis ac novis tabulis geographicis illustravit.—Optima editio. Quamvis enim Cellarius ipse codd. non usus sit, bene adhibuit tamen illos, quos olim Mich. Brutus, F. Ursinus, P. Ciacconius aliique evolverant, antiquas edd. variasque castigationes atque interpretamenta, maxime Dion. Vossii a Grævio in lucem productas. Sed et ipse doctissimus vir multa ex sua penu protulit, notisque utilissimis et tabulis VI. geogr. auctorem illustravit, denique Indices locupletavit. Hinc ea ju e suo sæpius repetita.

1706 Londini. 8. Repet. ed. Goduini in usum Delph.

— Cantabrigiæ. 4. C. Julii Cæsaris quæ extant omnia. Ex recensione Joannis Davisii, cum ejusdem animadversionibus ac notis Petri Ciacconii, Fr. Hotomanni, Jo. Brantii, Dion. Vossii et aliorum. Accessere metaphrasis græca librorum VII. de bello Gall. nec non indices necessarii. Cantabrigiæ, typis Acad. Im-

pensis Jo. Oweni.—Usus est Davisius cod. msto, atque editt. Rom. 1472. Venet. 1482. et Beroaldina 1508. aliisque veteribus. Notæ aliorum sunt tantum selectæ.

— Londini. 8. C. Julii Cæsaris quæ extant, cum indice locupletissimo. Ex recensione T. P. A. M. Londini, typis T. M. Impensis Tho. Newborough, D. Midwinter, Galf. Wale et J. Hartley.

— Francof. et Lipsiæ. 8. ex ed. Jos. Scaligeri.

1710 Lugduni. 16. ap. Lud. Declaustre, ex emend. Scaligeri.

1712 Londini. fol. C. Julii Cæsaris quæ extant. Accuratissime cum libris editis et msstis optimis collata, recognita et correcta. Accesserunt Annotationes Samuelis Clarke, S. T. P. Item Indices locorum, rerumque, et verborum utilissimi. Tabulis æneis ornata. Londini, sumtibus et typis Jac. Tonson.—Splendida editio.

1713 Lugduni Bat. 8. C. Julii Cæsaris quæ extant omnia, cum animadversionibus Dion. Vossii, Jo. Davisii, aliorumque variis notis, ut et qui vocatur Julius Celsus de Vita et rebus gestis C. J. Cæsaris ex museo Jo. Georg. Grævii. Lugd. Bat. ap. vid. C. Boutensteyn et S. Luchtmans. Delphis, ap. Adr. Beman. c. figg.

— Lipsiæ. 8. ap. Gleditsch et Weidm. ex ed. et cum notis Christoph. Cellarii.

1716 Londini. 12. C. Julii Cæsaris et A. Hirtii de rebus a C. Julio Cæsare gestis commentarii. Cum C. Julii Cæsaris fragmentis. (Cura Mich. Maittairii, qui ex Clarkiano exemplo varr. lectt. excerptas adjecit.) Londini, ex offic. Jac. Tonson et Jo. Watts.

1717 Lipsiæ. 8. ex rec. et cum notis Christoph. Cellarii.

Catal. Mss. Ang. et Hib. inter Collegiorum et Aularum Codd. veteres Oxon. p. 50. 1549. 82. varias inter Historias, Alexandri, &c. notat etiam Jul. Cæs. Comment. et Hirtii Pansæ de Bel. Gall. lib. VIII. ut in eo Cod. inclusos. Idem vero Cod. nunc desideratur. Hic est Cod. Corp. Christ. de quo fit mentio sup. p. 1898. et p. 2031.

In Bibliotheca Publica Universitatis Cantab. sunt J. C. Comment. de Bell. Gall. et Civilibus, N. 2522. Hic cod. est valde pretiosus, in cujus laudibus, sub nomine Norvicensis, ut qui viri admodum Rev. Johannis More, Episc. Norvicensis, olim fuit, multus est tam cl. Davisius, quam Clarkius, in Præfat. et notis ad suas Cæsaris Editiones. Hic idem nunc temporis inter eos Codd. Mss. ad eundem Epis-

NOTÆ

[1] Eximium hunc Codicem non, ut optavimus, librario absente, inspeximus; esse vero, ut expectandum foret, in tuto, Præses cl. Mertonensis, Dr. Vaughan, per amicitiam viri docti Gulielmi Crowe, Pub. Oratoris, benevole nobis communicavit.

copum olim pertinentes, tandem vero munificentia regia (n. Georgii IIdi.) A. 1715. in publicam Bibliothecam Universitatis Cantab. translatos, numerandus est. Habet Indices marginales, at sine notis. Membran. illum. circa Cent. XIV. vel XV.

N. 2649. Cæs. Comment. Edit. Lugd. 1574. Hic Liber non manu exaratus est, sed notulas quasdam utiles continet, quæ vero ad Bell. Alexandr. &c. non attinent: quo auctore, nihil patet.

Hactenus de Britannicis solum, ut supradictum est, codd., exteris, ut res flagitavit, prætermissis. Nihilominus in præcedentibus pagg. excursus, n. inter Abbreviationes, et talia, Criticorum ac Commentatorum Mss. describentium, longus fuit. Igitur viatori, ne sæpius in labyrintho sine duce deerret, lucem a cl. Oudendorpio translatam,[1] non quidem magnam, sed aptam, et pro certo idoneam, ut jam diximus, supra dedimus.

NOTÆ

[1] Notæ sub finem Præfationis Oudend.

INDICES

IN

C. JULIUM CÆSAREM.

INDEX

RERUM MEMORABILIUM

QUÆ IN

COMMENTARIIS CÆSARIS

HABENTUR.

Litera G *numeris præfixa refertur ad libros de Bello Gallico: litera* C *ad libros de Bello Civili: litera* A *ad librum de Bello Alexandrino: literæ* Af. *ad librum de Bello Africano: litera* H *ad librum de Bello Hispaniensi.*

ABIES in Britannia non provenit G v, 12.
absentia vehementius hominum mentes perturbat G vii, 84.
absentis etiam perinde ac præsentis Ariovisti crudelitas timetur Sequanis G i, 32.
Acarnania Cæsari subdita C iii, 55.
Acco Senonum princeps G vi, 4. ejus supplicium G vi, 44.
in Achaia et Dyrrhachio a Cæsare gesta C iii, 55, et seq.
Achilla civitas libera se Cæsari dedit Af. 33 obsidetur frustra a Pompeianis Af. 43.
Achillas præfectus regis Ptolemæi ad occidendum Pompeium missus C iii, 104. idem exercitus Alexandrini dux adversus Cæsarem C iii, 108 ejus crudelitas et copiæ C iii, 110 interitus A 4.
Achillis et Memnonis congressus H 25.
Actius Pelignus Pompeianus captus a Cæsare incolumis dimititur C i, 18.
Actius Rufus L. Afranium proditionis postulat C iii, 83.
Actii Vari Pompeiani delectus C i, 12. C i, 31. fuga C ii, 34, 35.
Actius Varus Tuberonem appulsu Africæ prohibet C i, 31. ejus copiæ C ii, 23. castra C ii, 25. pugna cum Curione C ii, 34. periculum, clades, astutiaque C ii, 35.
Actius Varus castellorum præfectus H 27 ejus mors H 31.
Adbucillus Gallus Allobrox C iii, 59.
Adcantuanni rebellio ac mox deditio G iii, 22.
adolescentes facile seducuntur G vii, 37.
Adrumetum oppidum C ii, 23 a Cæsare obsidetur Af. 3 capitur Af. 89.
Adrumetinorum mulcta a Cæsare Af. 97.
Aduatici eorumque res G ii, 4, 16, 29, 30, et seqq. v, 38, 39, 56. vi, 2.
Æduorum auctoritas ac potestas et mox calamitas G vi, 12, et seqq. vii, 5, 9, 10, 37, 41. viii, 46. clientes G i, 31. vii, 75. tumultus ac seditio G vii, 32, et seq. perfidia G vii, 54. lex de magistratibus suis G vii, 33. res cum Ariovisto G i, 33. cum Arvernis G i, 31, et seqq. cum Biturigibus G vii, 5.

cum Cæsare et Romanis G i, 11, 16, 17, 32, 35, 43, et seq. v, 7, 54. vi, 4. vii, 32, et seq. vii, 54, et seq. vii, 63, 89. cum Helvetiis G i, 11, 14. cum Sequanis G vi, 12.
Æginium oppidum C iii, 79.
ægri militis ingens animus adversus hostes G vi, 38.
Ægus Gallus Allobrox apud Cæsarem accusatus C iii, 59. ad Pompeium transfugit C iii, 60.
Ægypti munimenta A 26.
Ægypto et Alexandria Cæsar potitus A 30, 31, et seq.
Ægyptiæ classis Pompeianæ præfectus Pompeius filius C. iii, 5.
Ægyptii milites Cæsari insidiantur C iii, 106.
æquinoctialis navigatio periculosa G iv, 36. v, 23.
æraria secturæ seu stricturæ in Aquitania G iii, 21.
ærarium sanctius C i, 14.
ærei nummi, et taleæ ferreæ pro pecunia apud Britannos G v, 12.
æs apud Britannos non nascitur G v, 12.
æstimatio rerum et solutio arbitraria ex decreto Cæsaris æquissima C iii, 20.
æstimationes rerum et possessionum in angustia fidei C iii, 1.
æstus maris bis incitatus XII horarum spatio G iii, 12.
æstus marini vis G v, 8.
æstus maritimos majores concitat plena luna G iv, 29.
æstum ut vitent Galli G vi, 30.
Ætolia a Cæsarianis ducibus recepta C iii, 35.
Afranii et Petreii res C i, 38. et seqq.
Afranii mors Af. 95, et seqq.
Afraniana legio H 7.
Afri, insidiosa natio Af. 10.
Africæ calamitas Af. 26, 47.
Africanæ Cæsaris copiæ Af. 77.
Afrorum mos in frumentis suis in specubus subterraneis condendis Af. 65.
Agar oppidum Af. 67, 76.
Agendicum oppidum G vi, 44. vii, 10.
agger ex lateritiis muris confectus C ii, 15.
agger Romanorum ad Avaricum oppidum G vii, 24.
agriculturæ cur non studeant Germani G vi, 22.
agri privati olim Suevis nulli G iv, 1.
agros a finibus suis latissime vacare, pulchrum ducunt Suevi G iv, 3.
alacritas animi pugnæ studio incenditur C iii, 92.
Alba oppidum C i, 15.
Albici contra Cæsarem a Massiliensibus acciti C i, 34, 56. ii, 2.
Albicorum feritas et virtus C i, 56, 57.
Alces feræ G vi, 27.
Alesia Mandubiorum oppidum G vii, 68. ad Alesiam opera Cæsaris G vii, 69, 72, et seqq.
Alesiensium obsessorum angustia G vii, 77, et seqq.
Alesiæ cladis memoria G viii, 34. obsidio Cæsarianis difficilis C iii, 47.
Alexandria, receptus fugitivorum Romanorum C iii, 110.
Alexandria incendio tuta A 1. ejus descriptio A 5.
Alexandriam usque Pompeium Cæsar persequitur C iii, 106. eandem Achillas occupat C iii, 111.
Alexandrina licentia C iii, 110.
Alexandrini belli initia C iii, 112. A 1.
Alexandrinorum diligentia, solertia, et industria A 2, 3. versutia A 24.
Alexandrini Romanorum potentiam suspectam habent A 3. eorum technæ adversus Romanos A 2, 3. Eorumdem divisio A 7. animi fracti A 12. classis adversus Cæsarem, e contra A 10, 11, 19, 20, &c. fuga et cædes A 12, 29. Cæsari deduntur A 32.
Alexandrinum Cæsaris periculum A 48.
alga jumentis in pastum data Af. 24.
Allienus Siciliæ prætor Af. 2.
Allienus proconsul Cæsari commeatum in Africam mittit Af. 34.
Allobrogum animus erga Romanos G i, 6. vii, 64. iidem ad Cæsarem confugiunt G i, 11. frumentum Helvetiis dare jubentur G i, 28. solicitantur G vii, 64. duo fratres, viri nobiles, a Cæsare ad Pompeium deficiunt C. iii, 59, 60, 84.
Alpes G i, 10. Alpium transmittendarum difficultas G iii, 1.
Amagetobria G i, 31.
Amantia C iii, 40.
Amanus mons C iii, 31.
Ambacti equitum Gallorum G vi, 15.
Ambarrorum ad Cæsarem legati G i, 11.
Ambianorum deditio G ii, 15. eorum potestas G ii, 4.
Ambialiti Galli G iii, 9.
Ambibari G vii, 75.

Ambiorix et Cativulcus Eburonum principes G v, 24.
Ambiorix Cæsaris beneficiarius G v, 27.
Ambiorigis fraus et perfidia adversus Romanos G v, 27, 34. vi, 2.
Ambiorigem ulcisci et debellare Cæsar statuit G vi, 5, 29. viii, 24.
Ambiorigis mira fuga G vi, 30, 43.
Ambivareti Æduorum clientes G vii, 75.
Ambivariti G iv, 9.
Ambracia C iii, 36.
amicitia populi Romani fœderatis ornamento debet esse et præsidio, non detrimento G i, 44.
Amphilochi a Cæsare recepti C iii, 55.
Ana fluvius C i, 38.
Anartes populi G vi, 25.
Ancalites Britanniæ populi G v, 21.
Ancona oppidum C i, 11.
Andes oppidum G ii, 35. iii, 7. vii, 4.
Androsthenes Thessaliæ prætor C iii, 80.
animadversio non ubique exercenda C iii, 60.
animarum immortalitas G vi, 14.
animus Cæsaris altus et erectus Af. 10.
animus indomabilis Cæsarianorum militum G vii, 17, 19.
animi fortitudo, maximum hominis præsidium C iii, 28.
animi magnitudo facilia ex difficillimis facit G ii, 27.
animos ad audendum facientia C iii, 26.
Annii Scapulæ mors A 55.
annonæ difficultas ut ingravescat C i, 52.
anserem Britanni non gustant G v, 12.
Antebrogius et Iccius legati Remorum G ii, 3.
antesignani equitibus immixti C iii, 75.
Antiochi Comageni auxilia Pompeio C iii, 4.
Antistii Turpionis et Q. Pompeii monomachia H 25.
Antonius Cæsarianus G viii, 50. C i, 2, iii, 24, 29. et seq. iii, 40.
Apollinem morbos depellere G vi, 17.
Apolloniam Cæsar recipit C iii, 11, 12.
Apòniana insula Af. 2.
Apsus fluvius C iii, 13.
in Apuliam Cæsar proficiscitur C i, 23.
Apuliæ gravis autumnus C iii, 2.
aqua dulcis ad littora marina A 8.
aquæ avertendæ labor A 6.
aquæ dulcis magna vis inventa A 9.
aquæ et ignis interdictio G vi, 44.
aquæ inopia Pompeiani laborant C iii, 49.
aquam intrant Cæsariani, ut cum Britannis decertent G v, 18.
Aquilaria locus in Africa C ii, 23.
Aquileia G i, 10.
Aquiliferi Cæsariani moribundi fortis animus C iii, 64.
Aquiliferi decimæ legionis virtus G iv, 25.
Aquitania tertia Galliæ pars G i, 1. iii, 20. ejus limites G i, 1. ejusdem pars maxima sese Crasso dedit G iii, 27.
Aquitaniam Cæsar ipse adit G viii, 46.
Aquitani in Cæsaris copiis C i, 39.
Aquitanorum clades G iii, 20, 21, 26.
Aquitius Clodius H 23.
Arar fluvius G i, 12.
aratores stipendiarii milites facti Af. 20.
arborum incidendarum astus in remorandis hostibus G ii, 17.
Arcana concilii jurejurando sanciuntur G i, 30.
Arduenna sylva G v, 3, vi, 29, 31.
Arecomici G vii, 7. C i, 35.
Arelatenses naves Cæsaris C i, 36.
Arguetius Cæsarianus H 10.
Ariarathes Ariobarzanis frater A 66.
Ariminum oppidum C i, 8.
Ariobarzanes D equites Pompeio suppeditat C iii, 4.
Ariovistus Germanorum rex G i, 31, et seqq. usque ad lib. II. v, 19, 55. vi, 12.
armis concrepandi mos apud Gallos G vii, 21. iisdem despoliari timent Aduatici G ii, 31, et seq.
armorum officinæ Alexandriæ institutæ A 2.
armorum similitudo, nonnunquam fraudulenta est G vii, 50.
armatum concilium Gallorum G v, 56.
Armenia minor Dejotari regnum A 67.
Armoricæ civitates G v, 53. vii, 75. viii, 31.
ars, locorum angustiis impedita A 15.
Arsinoë Ptolemæi regis minor filia A 4.
Arvernorum et Æduorum factiones G i, 31.
Arverni et Rutheni a Fabio Max. superati G i, 45.
Arvernorum timor a Cæsare G vii, 7, 8.
Arundinum radicibus pasti equi C iii, 58.
Asculum oppidum a Cæsare recipitur C i, 16.
Ascurum oppidum Af. 23.

in Asiam Cæsar proficiscitur A 78.
Asparagium Dyrrhachinorum oppidum C iii, 30.
Aspavia castellum H 24.
Asprenas proconsul Af. 80.
Asta oppidum Cæsari se dedit H 36.
Ategua oppidum H 8. capitur H 22.
Atrebates G ii, 4, 16, 23. vii, 75.
Atuatuca G vi, 32, 35.
Avaricum oppidum Biturigum G vii, 13, 31, 32, 47.
Avaritiæ commenta C iii, 32.
Avaritiæ imperatorum malum G i, 40.
Auctio bonorum Jubæ regis Af. 97.
auctoritas et timor Romani exercitus apud Barbaros G iv, 19.
audax facinus Fabii Peligni C ii, 35.
Avienus tribunus militum ignominiose a Cæsare dimittitur Af. 54.
Aulerci Romanis dediti G ii, 34. rebellant G iii, 17. vii, 75.
Aulerci Brannovices G vii, 75.
Aulerci Cenomani G vii, 75.
Aulerci Eburones G vii, 75.
A. Bæbius eques H 26.
A. Clodius C. iii, 90.
A. Fonteii ignominiosa missio Af. 54.
A. Gabinius C. iii, 4.
A. Trebellius eques H 26.
A. Valgius H 13.
A. Varro Pompeianus C iii, 19.
aurigarum Britannorum in præliis mira dexteritas G iv, 33.
aurium desectio in minoribus suppliciis G vii, 4.
Ausci Aquitani Romanis dediti G iii, 27.
Ausetani ad Cæsarem transeunt C i, 60.
auspiciorum et religionum observans Pharnaces A 74.
Auximum oppidum C i, 15.
Axona fluvius G ii, 5, 6.

B

Bacenis sylva G vi, 10.
Bætis fluvius A 59, 60. H 5.
Bagrada fluvius C ii, 38.
Baleares insulæ Af. 23.
Baleares funditores G ii, 7.
Balista turrem dejiciens H 13.
Barbarorum mos in castris figendis G viii, 36.
Barbaros se vocant Morini G iv, 22.
Batavorum insula G iv, 10.
Belgæ G i, 1 ii, 1, et seq.
Belgæ Gallorum fortissimi G i, 1. ii, 4. viii, 54.
Belgarum in Romanos conjuratio G ii, 1. &c. fuga et cædes G ii, 10, 11. in Britanniam commigratio G v, 12. fines G i, 1.
Belgium G v, 24, 25, 35.
bellandi cupidi Helvetii G i, 2.
bella parvis momentis magnos casus admittunt C i, 21.
belli communes casus C iii, 72.
belli eventu milites præmia sui laboris expectant C ii, 32. exitus durissimi G vii, 14. jus G i, 36. jure in captos victor vitæ necisque potestatem habet Af. 45. de summa judicium ducis esse debere, non militum G i, 40. ratio nova et inusitata C iii, 47.
bello Cimbrico ætate inutiles belle apud Gallos comesti G vii, 77. inutiles ejiciuntur G vii, 78.
bellum sectantes otii et prædæ gratia G iii, 17. confici nollet qui licentia peccandi gaudet A 56. idem sine magistratus et principum consensu geri non posse G viii, 22.
bellica porta Uticæ C ii, 25.
bellica laude semper inclyti Galli G v, 53, 56. vii, i, 76.
Bellocassi populi G vii, 75.
Bellonæ templum A 66.
Bellovaci, eorumque res G ii, 4, 13, 14. vii, 59, 75. viii, 7, 14. et seqq.
beneficium maximum quod Romani exteris conferre possent G i, 43.
Berones Cassiani A 53.
Bessi in copiis Pompeii C iii, 4.
Bethuria H 22.
Bibracte oppidum Æduorum G i, 23. vii, 55.
Bibrax Remorum oppidum G ii, 6.
Bibractense Gallorum concilium G vii, 36.
Bibroci Britanniæ populi G v, 21.
Bibulus xxx naves Cæsaris incendit C iii, 8. ejusdem odium in Cæsarem C iii, 8, 16. crudelitas in Cæsarianos C. iii, 14. mors C iii, 18. filii ejus duo occisi C iii, 110.
Bigerriones Romanis dediti G iii, 27.
Bithyniæ ac Ponti compositio Cæsari difficilis A 65.
Biturigum res G vii, 5. viii, 3, 4.
Bivius Curius Cæsarianus C i, 24.
Boduognatus Nerviorum dux G ii, 23.
Bogud Mauritaniæ rex a Cassio in auxilium vocatur A 59. adversus Marcellum pugnat A 59, 60. a Pompeio filio infestatur Af. 23.

idem et P. Sittius Cirtam Jubæ regis oppidum invadunt Af. 25.
Boia G vii, 14.
Boii G i, 5. Helvetiorum auxiliares G i, 25. Æduis attributi G i, 28.
Boiorum oppidum Gergovia G vii, 9.
bona Jubæ regis sub hasta vendita Af. 97.
bos cervi figura G vi, 26.
Bospori rex constituitur Mithridates Pergamenus A 78.
brachium ad flumen Salsum Pompeius facit H 14.
Brannovii G vii, 75.
Bratuspantium Bellovacorum oppidum G ii, 13.
Britanniæ descriptio G v, 12, 13, &c. et Britannorum res G iv, 21, et seqq. v, 8, et seqq.
Britanniam disciplinæ ergo adibant Galli G vi, 13.
Brundisium oppidum circaque res gestæ C i, 24, et seqq. iii, 2, 24.
Brutus adolescens, Cæsarianus G vii, 9. ejus classis adversus Massilienses C. ii, 3, 5, 6, 22.
Bullis et Amantia oppida C. iii, 40.
Bullidenses Cæsari se dedunt C iii, 12.
Bursalovenses populi H 22.
Buthrotum oppidum C. iii, 16.

C

Cabillonum oppidum G vii, 42, 90.
Caburus Allobrox G vii, 65.
cadavera hostium pro cespite H 32.
Cadetes populi G vii, 75.
Cæcilius Niger Barbarus, Pompeianus H 35.
Cæcinæ Cæsar ignoscit Af. 89.
Cæræsi Germani G ii, 4.
Cæsar Antonio adest in auguratus petitione G viii, 50.
Cæsar cum Afranio dimicat C i, 41 et 42. eum ad deditionem compellere vult C i, 81.
Cæsar Dejotaro ignoscit A 68. deprecans a suis militibus non exauditur Af. 85.
Cæsar dictator a Lepido dictus C ii, 21. idem dictator iv designatus H 2.
Cæsar diffidentibus suis accedens animum restituit G ii, 25. laborantibus subvenit G iv, 37.
Cæsar et Pompeius vicina castra ponunt C. iii, 13, 30.
Cæsar in Galliam contendit G i, 7, 10. vi, 12. in mare se abjicit et nando evadit A 21. legatos suos violatos ulciscitur G iii, 16. novem annis iisdem fere militibus usus C i, 7.
Cæsar Pompeio conciliari vellet C i, 26. iii, 10, 16, 17, 57.
Cæsar Pompeium oppugnare semel deliberat C i, 26. Pompeium ad pugnam elicere cupit C iii, 85. Pompeium terra arcet, Pompeius Cæsarem mari ex portubus C i, 15.
Cæsar Rhenum trajicit G iv, 17.
Cæsar quotannis in Italiam ibat. G v, 1. suis adversus elephantos pugnandi rationem commonstrat Af. 72. supplicibus libentissime ignoscit A. 70. una æstate duo maxima bella conficit G i, 54. uni militum scutum detrahit et in primam aciem provolat G ii, 25.
Cæsar contra Aduaticos G ii, 29. contra Alexandrinos C iii, 111. A 1. contra Ambianos G ii, 15. contra Ariovistum G i, 33. contra Belgas G ii, 2, et seqq. contra Bellovacos G ii, 13. contra Britannos G iv, 20. v, 8. contra Gallos G vii, 88. contra Germanos G iv. 6, 14, 15. contra Æduos G vii, 40. contra Labienum Af. 14. et seq. contra Massilienses C i, 35 contra Nervios G ii, 17. v, 46. contra Pharnacem A 71, et seqq. contra Scipionem Af. i, 34, et seqq. contra Sotiates G iii. 20. contra Suessiones G ii, 12. contra Venetos G iii, 9. contra Vercingetorigem G vii, 7.
Cæsaris opera varia G i, 13. iv, 17.
Cæsaris opera ac munitiones ad Alesiam G vii, 69, 72, 73, et seq. ejusdem opera ad Alexandriam A 1, et seqq. ad Brundisium C i, 25. ad Ilerdam C i, 41. ad Massiliam C ii, 15, et seqq. ad Dyrrhachium C iii, 43, 44.
Cæsaris opera ad Pharum A 19. ad Uzitam Af. 41.
Cæsaris pro castris semper duæ legiones excubabant G vii, 24.
Cæsaris et Pompeii dissidiorum causæ C i, 1. et seqq. eorum novissimum inter se prælium C iii, 39, et seqq.
Cæsaris ad Scipionem de pace mandata C iii, 57.
Cæsaris in Hispania res gestæ C ii, 19, et seqq. in scientia et consilio omnia sibi posita milites existima-

bant Af. 10.
Cæsari supplicatio decreta G iv, 38. honores exhibiti G viii, 51.
Cæsarem Romana Resp. desiderat A 65.
Cæsarem velut despicit Scipio Af. 32.
Cæsarianæ classis incendium C iii, 91.
Cæsariani centurionis captivi ad Scipionem forte et intrepidum responsum Af. 45.
Cæsariani exercitus tolerantia, sitis, et fames C iii, 47, et seq. Af. 69.
Cæsariani militis veterani ad Labienum verba Af. 16.
Cæsariani haud fere ad Pompeium perfugiebant, sed sæpe contra C iii, 61.
Cæsariani a Pompeianis in colloquio condicto contra fidem vulnerantur C iii, 19.
Cæsariani equites mille contra septem millia Pompeianorum confligebant C iii, 84.
Cæsariani milites ab Afranio et Petreio male plectuntur C i, 76. in quodam castello omnes vulnerati C iii, 53. desperatione se interficientes G v, 37.
Cæsarianorum adversus Britannos difficultates G iv, 29.
Cæsarianorum militum adversum Germanos trepidatio G i, 39. adversus Pompeianos pugna et victoria H 13, et seq. strages a Pompeio C iii, 69, 70, 71. diligentia ac industria singularis G v, 2, 11. eorum lenitas C ii, 13. peritia militaris G ii, 20. licet paucorum adversus multos hostes ingens animus G iii, 23. perplexitas atque etiam præsens animus G iii, 3, et seqq. constantia seu pertinacia miranda G v, 43. H 23. res fortiter gestæ C iii, 73. virtus Pompeianis collata Af. 45.
Cæsarianis militibus Labienus insultat Af. 16.
C. Antistius Rheginus legatus Cæsaris G vi, 1.
C. Arpinius eq. Rom. G v, 27.
C. Ateio Cæsar ignoscit Af. 89.
C. Avienus trib. mil. ignominiose a Cæsare mittitur Af. 51.
C. Calvisius Sabinus Cæsarianus C iii, 34.
C. Caninius Uxellodunum obsidet G viii, 33.
C. Cassius Syriacarum navium Pompeii præfectus C iii, 5.
C. Clusinas ignominiose dimittitur Af. 54.
C. Considius Pompeianus C ii, 23. Af. 3, 33. ejus crudelitas Af. 4.
C. Coponius C iii, 3.
C. Decimii fuga Af. 34.
C. Fabius legatus Cæsaris G v, 24. viii, 27. C. i, 37.
C. Flavius eques H 26.
C. Fundanius eques Rom. ad Cæsarem transfugit H 11.
C. Fufii Cottæ mors G vii, 3.
C. Gallonius eques Rom. C ii, 18.
C. Marcellus Rhodiæ classis Pompeianæ præfectus C iii, 5.
C. Marius G i, 40. Af. 35.
C. Messius Cæsarianus Af. 33.
C. Mutius Reginus eq. Rom. a Cæsare captus Af. 68.
C. Pletorius quæstor Af. 34.
C. Sallustius Crispus præt. Af. 8.
C. Saserna Af. 57.
C. Trebonius legatus Cæsaris G v, 17. vi, 40. vii, 11. Massiliam oppugnat C i, 36. prætor urbanus C iii, 20.
C. Triarius, Pompeianus, C iii, 5. ejus de procursu militum præceptum C iii, 92.
C. Valerius Caburus G i, 47.
C. Valerius Donotaurus G vii, 65.
C. Valerius Flaccus G i, 47.
C. Valerius Procillus Galliæ provinciæ princeps G i, 19, 47, 53.
C. Virgilius prætorius Pompeianus Af. 28. ejus deditio Af. 93.
C. Volcatius Tullus G vi, 29.
C. Volusenus G iii, 5. iv, 21. viii, 22, 48. C iii, 60.
Calagurritani populi C. i, 60.
calamitas ex amicis inimicos facit C iii, 104.
calamitatem suam aut temporum queri, mediocris est animi C iii, 20.
Calenus, Cæsarianus, C iii, 14.
Caletes populi G ii, 4.
Calones inermes armatis hostibus intrepidi occurrunt G ii, 27. eorum fuga G ii, 24.
Calpurnius Salvianus A 53.
Calydon oppidum C iii, 35.
cameli regis Jubæ capti Af. 68.
Camulogenus Aulercus G vii, 57. ejus mors G vii, 62.
Candavia C iii, 11, 79.
Caninius Rebilus legatus Cæsaris C i, 26.
Canopus A 25.
Cantabri populi C i, 38.

Cantium Britanniæ G v, 13, 22.
Canusium oppidum C i, 24.
capillo promisso sunt Britanni G v, 14.
Cappodoces in copiis Pompeii C iii, 4.
Cappadocia regnum Ariobarzanis A 34.
capita hominum occisorum adversus hostium oppidum conversa H 32. in capita singula liberorum ac servorum tributum impositum C iii, 32. non nisi capite Cæsaris relato pacem fieri posse Labieni dictum C iii, 19. caput Cn. Pompeii adolescentis Cæsari allatum H 39.
Capua oppidum C i, 10. perfugium Pompeianorum C i, 14.
Caralitani Cæsaris studiosi C i, 30.
Carales Sardiniæ Cæsar adit Af. 98.
Carmonenses populi C ii, 19.
Carmona oppidum A 57.
Carnutes, eorumque res G v, 25, 56. vi, 2, 4. vii, 2. viii, 31.
carri et impedimenta Gallorum in bellis G viii, 14. C i, 51.
carri Helvetiorum pro vallo G i, 26.
Carruca oppidum H 27.
Carsulenus Cæsarianus præfectus A 31.
Carteia oppidum H 32.
Carvilius rex G v, 22.
Cassi Britanniæ populi G v, 21.
Cassivellaunus Britannorum dux G v, 11.
Cassianæ turmæ honos a Cæsare H 26.
Cassius Longinus Cæsarianus C iii, 74. ejus timor C iii, 36.
Cassius Longinus proprætor in Hispania A 48. ejus stipatores A 53. ejusdem odium apud milites A 48. et seqq. 54. pugna cum Marcello A 60. vulneratio et consanatio A 52, 56. ejusdem mors A 64.
Cassius, Pompeianus, C iii, 101. ejus fuga. ibid.
castellorum ingens numerus C iii, 44.
Casticus Sequanus G i, 3.
Castor Tarcundarius C iii, 4.
castra munire quando primum cœperint Galli G vii, 30.
castra Q. Ciceronis a Gallis oppugnantur G v, 39, 42, et seqq.
Castra Posthumiana, locus H 8.
castrorum Cæsaris exiguitas in Britannia G iv, 30. Pompeianorum luxuries C iii, 96.
Catamantaledes Sequanus G i, 3.
catenæ ferreæ pro funibus G iii, 13.
Cativulcus Eburonum princeps G v, 24. taxo vitam finit G vi, 31.
Cato Cæsaris hostis C i, 4, 32. Siciliæ prætor C i, 30. ejus de Pompeio querelæ C i, 32. ejusdem ad Cn. Pompeium filium oratio Af. 22.
Catonis Lusitani oratio ad Cæsarem H 17.
Catonis Uticensis molimina adversus Cæsarem Af. 36. ejusdem apud Uticam gratia, labor, exitus Af. 88.
Caturiges Galli G i, 10.
Cavarillus Æduus capitur G vii, 67.
Cavarinus Senonum rex G v, 54. vi, 5.
Cebenna mons G vii, 8, 56.
celeritatis in bellis momentum G v, 29, 48. vii, 45. C ii, 7. A 32.
Celtæ, qui et Galli, eorumque termini G i, 1.
Celtiberia regio C i, 61.
Celtiberi populi C i, 38.
Celtillus Vercingetorigis pater G vii, 4.
Cinimagni Britanniæ populi G v, 21.
Centrones populi G i, 10. Nerviorum clientes G v, 39.
Cercina insula Af. 8.
Cercinates Cæsarem commeatu juvant Af. 34.
cetrati Afraniani occiduntur C i, 70.
Charæ radicis usus pro pane C iii, 48.
Chersonesus A 10.
Cherusci Germaniæ populi G vi, 10.
cibaria trium mensium molita secum efferunt Helvetii G i, 5.
cibis quibus Britanni abstineant G v, 12.
cibus servitute oblata petitus G vii, 78.
Ciceronis hybernorum oppugnandorum consilium G v, 39. prudentia G v, 40. et periculum G v, 43. cura Cæsari G v, 48. observantia mandatorum Cæsaris G vi, 36.
Ciliciæ ordinatio A 65, 66.
Cimberius et Nasua Suevorum imperatores G i, 37.
Cimbri ac Teutoni Italiam vastantes G i, 33. vii, 77. a Mario pulsi G i, 40.
Cinga flumen Hispaniæ C i, 48.
Cingetorix ejusque res G v, 3, 45, 56, 57. vi, 8.
Cingulum oppidum C i, 15.
Cirta oppidum capitur Af. 25.
Cispius et Aquila, Cæsariani Af. 67.
civilis dissensio Romanorum G viii, præfat.
civilis dissensionis remedium G viii, 52.
in civilibus dissensionibus quid accidere soleat Af. 65.
civitas omnis Helvetia in quatuor pagos divisa G i, 12.
civitas Parisiorum et Senonum G vi, 3.

civitatum Germanicarum laus G vi, 23.
cives Romani Gaditani C ii, 18.
civium Romanorum bona, qui contra populum Rom. arma tulissent, Zamæ vendita Af. 97.
clades Cæsarianorum C iii, 63, 64, 65, 71, et seqq.
cladibus decessorum suorum posteores duces prudentiores fiunt G iii, 20.
clamor exercitus et signorum cantus auditus Antiochiæ C iii, 105.
clamor in pugna non inutilis C iii, 92.
clamoris terror G vii, 84. H 31.
classis Pompeiana C iii, 5. Cæsarianæ incendium C iii, 101. Gallica adversus Romanos G iii, 14.
Cleopatra cum suo fratre pugnans C iii, 103. a Cæsare regina Ægypti constituitur A 33.
clientum Gallorum fides G vii, 40.
Clodius Aquitius cæsus H 23.
Clodii cædes G vii, 1.
Clodianæ cædis reus Milo C iii, 21.
Clupea insula C ii, 23. Af. 2, 3.
Cneus Domitius Calvinus C ii, 42. iii, 34. Af. 86.
Cneus Magius, præfectus fabrum, Pompeianus, captus ad Cæsarem adducitur C i, 24, 26.
Cn. Piso, Pompeianus, Af. 3, 18.
Cn. Pompeius, Q. Titurii interpres, G v, 36.
Cn. Pompeii adolescentis molimina, ejusdem præsidium fragile, res male gestæ Af. 23. ejus cædes H 39.
Cocosates Aquitani G iii, 27.
Cælius Vincianus Cæsarianus Af. 77.
Cælius de Repub. remotus C iii, 20, 21. ejus iniquitas C iii, 20. ejusdem molimina frustra cadunt C iii, 22.
Cœliæ leges C iii, 20, 21.
cohorti uni Pompeianæ decem Cæsariani decertare non detrectant Af. 45.
colonorum delectum habent Pompeiani C i, 14.
Comagenus Antiochus C iii, 4.
Comana oppidum A 34. Bellonæ templum 66.
Cominius Af. 46.
Commius Atrebatum rex, ejusque res G iv, 21, 27, 35. vi, 6. vii, 76. viii, 6, 23, 47, 48.
commeatibus duobus reportatus ex Britannia Roman. exercitus G v, 24.
commentariorum Cæsaris elegantia C viii, præf.
commentarios Cæsaris Hirtius contexuit G viii, præf.
concilia nocturna et occulta G v, 53.
concilium Gallorum G i, 30. vi, 3.
concilium armatum apud Gallos G v, 56.
conclamandi mos in castris C i, 66.
concordiæ bonum G v, 31.
conditionem ab armato hoste Romani non accipiunt G v, 41.
conditiones pacis æquæ quando maxime fieri possint C iii, 10.
Condrusi Germani G ii, 4. vi, 32. Trevirorum clientes G iv, 6.
conductoribus ædium annua merces habitationis donata C iii, 21.
Conetodunus et Cotuatus duces Gallorum G vii, 3.
confluens Mosæ et Rheni G iv, 15.
conjugia Gallorum G vi, 19.
conjuratio adversus Cæsarem G iv, 30. adversus Q. Cassium Longinum A 52.
Considii Longi Pompeiani crudelitas Af. 4. ejus acta Af. 33, 43, 93. ejus mors Af. 93.
consilia hostis audienda non esse G v, 28.
consilium suum Cæsar occultabat Af. 10.
constantiæ bonum G i, 40.
consulendi occasio brevis G v, 29.
consulum et Pompeii ad Cæsarem mandata C i, 10.
continentia Germanorum G vi, 21.
conventus Thapsitanorum et Adrumetanorum a Cæsare mulctatus Af. 97.
Convictolitanes Æduus G vii, 32, 33, 55, 67.
copiarum Cæsaris paucitas C iii, 2. elevatio C iii, 87.
Corduba Cæsaris amica C ii, 19. Hispaniæ caput A 3. eam Cæsar capere contendit H 4.
Cordubensis conventus Varronem excludit C ii, 19.
Cordubensium onus a Cassio Longino A 49. defectio A 57.
Corfinium Cæsar oppugnat C i, 16.
Corneliana castra C ii, 24, 37.
Cornelius Balbus vulneratur C iii, 19.
Cornificius Cæsarianus A 42.
coronam auream Pharnaces Cæsari miserat A 70.
Correus Bellovacorum dux G viii, 6. ejus mors G viii, 19.
cortice ex arboribus potius se victuros Cæsariani minantur, quam Pompeium e manibus dimissuros C iii, 49.

Cæsam Milo oppugnat C iii, 22.
Cotho Adrumeti Af. 62.
Cottæ Aurunculeii virtus G v, 33.
Cotus Æduus G vii, 32, 33, 67.
Cotys Thracum rex cccccc equites Pompeio suppeditat C iii, 4, 36.
Crastini primipili Cæsariani fortitudo C iii, 91. mors C iii, 99.
cratium usus in bellis C iii, 46, 80.
credimus libenter ea quæ volumus G iii, 18. C ii, 27.
creditarum pecuniarum sine usuris solvendarum lex C iii, 20.
cremandorum cadaverum mos apud Gallos G vi, 19.
Crispus Sallustius proconsul Af. 79. ejusdem prætoris ad Cercinam insulam gesta A 34.
crines mulieribus abscissi, et ex illis tormenta facta C iii, 9.
Critognati Arverni crudelis oratio in obsidione Alesiæ G vii, 77.
crudelitas veterum Gallorum G vi, 16. vii, 77.
cuniculorum agendorum peritissimi Aquitani G iii, 21. vii, 22.
cupiditatis pecuniæ malum G vi, 22.
Curio Cæsarianus, ejusque res G viii, 52. C i, 2, 23. ejus mors C ii, 42.
Curioniani Galli ac Germani Af. 40.
Curionianorum militum trepidatio C ii, 29, 41.
Curioniani equites a Scipione deficientes Af. 52.
Curiosolitæ dediti G ii, 34. iii, 7. vii, 75.

D

Damasippi liberis Cæsar ignoscit Af. 89. ejus mors Af. 96.
damnum privatum salutis publicæ causa non formidandum G vii, 14.
Dardani in copiis Pompeii C iii, 4.
Decetia oppidum G vii, 33.
Decimæ legionis commendatio G i, 40, 42. ii, 21.
Decimus Brutus adolescens G iii, 11. classis ad Massiliam præfectus C i, 36, 56.
Decius Lælius Asiaticarum navium Pompeii præfectus C iii, 5, 40, 100.
decumæ in octavas mutatæ Af. 98.
Decumanus, miles ex decima legione Af. 16.
Dejotarus, ejus res C iii, 4. A 34, 67, 68, 69, 70, 78.
Delphos Kalenus recipit C iii, 55.
Delta in Ægypto A 27.
Devoti, qui Soldurii, eorumque mira fides G iii, 22.
Diablintes Galli G iii, 9.
Dianæ Ephesiæ fanum spoliari jubet Scipio C iii, 32. id interventu Cæsaris impeditur C iii, 32, 105.
Dictator Julius Cæsar C ii, 21. iii, 2. dictatura se abdicat C iii, 2.
Didius Gadium præfectus H 37. ejus mors H 40.
diei prolatio in exactione pecuniæ donatio dicta C iii, 32.
diei unius anteversio quantum ad summam faciat C iii, 80.
Dii Gallorum G vi, 17. Germanorum G vi, 21.
Dii immortales omnibus casibus belli intersunt A. 75.
Dii, quos pro sceleribus ulciscuntur, impune diu grassari permittunt C i, 14.
Dioscorides et Serapion legati Ptolemæi ad Achillam C iii, 109.
Dis pater Gallorum G vi, 18.
disciplina memoria constans, non literis G vi, 14.
dissensionis malum G v, 31. vii, 32.
Divico Helvetiorum legatus G i, 13.
Divitiacus Æduorum princeps, ejusque res G i, 3, 16, 18, 19, 31, 41. ii, 5. vi, 12.
Divitiacus Suessionum rex G ii, 4.
domicilia Gallorum in æstu G vi, 14.
Domitius Ænobarbus, Pompeianus, C i, 15. &c. ejus de fuga ex Corfinio consultatio C i, 19. a Massiliensibus receptus, excluso Cæsare C i, 34. inde fuga C ii, 22.
Domitius proditionis arguitur C ii, 51. ejus urbana gratia et dignitas C iii, 83.
Domitius Calvinus C iii, 34. ejus cum Pharnace res A 34.
Donilaus Gallogræcus ccc equites Pompeio suppeditat C iii, 4.
dotis ratio apud Gallos C vi, 19.
Drappes Senonum princeps G viii, 30. inedia mortuus G viii, 44.
Druidum descriptio G vi, 13, 14.
Dubis fluvius G i, 38.
Dumnacus Andium dux G viii, 26. ejus fuga G viii, 31.
Dumnorix Æduus Divitiaci frater, ejusque res G i, 3, 9, 18, et seqq. v, 6. ejus cædes G v, 7.
duo viri aciem inclinatam restituunt H 23.
Duracius Picto G v, 26.
Durocortorum oppidum G vi, 44.
Duumviri municipiorum C i, 23, 30.

Dux quanquam in re desperatissima animo non deficiens militibus gratus G vii, 30.
Ducis præsentia animus militibus restituitur G ii, 25.
ad Dyrrhachium castra vicina ponunt Cæsar et Pompeius C iii, 14.
Dyrrhachio intercluditur Pompeius C iii, 41.
Dyrrachii et in Achaia gesta C iii, 57.
Dyrrhachina duo prælia Cæsarem nonnihil debilitarunt C iii, 71, 89. ob ea Cæsar a Pompeianis ubique traducitur C iii, 72.

E

Eburones populi G ii, 4. Trevirorum clientes G iv, 6. ubi siti G v, 24. eorum defectio G v, 26. humiles et ignobiles G v, 28. prædæ omnibus a Cæsare exponuntur G vi, 34, 35. vastantur G vi, 43.
Eburovices adversus Rom. conspirant G iii, 17.
ediscendi studium apud Druides G vi, 14.
Egesaretus Thessalus C iii, 35.
Elaver flumen G vii, 34.
elephanti condocefacti Af. 27.
elephanti Scipionis Af. 1, 27.
elephanti communi periculo in aciem educuntur Af. 27. eorum terroris minuendi ratio Af. 72.
elephanti LX adversus Cæsarianos producti Af. 48. eorum fuga Af. 83.
elephanti LXXIV a Cæsare capti Af. 86.
elephanto ferocienti veteranus miles se fortiter objicit Af. 84.
Eleutheri Cadurci G vii, 75. Suessiones G vii, 75.
Elusates Romanis dediti G iii, 27.
Ennius citatus H 23, 31.
Epasnactus Arvernus G viii, 44.
Ephesiam pecuniam auferre Scipio conatur C iii, 32. ei salutem Cæsar affert C iii, 32, 105.
ephippiorum usus apud Suevos indecorus G iv, 2.
Epibatæ armantur Af. 20. A 44.
Epidaurum liberat Vatinius C iii, 12, 42.
epistolæ mittendæ mira ratio G v, 48.
Eporedorix Æduus G vii, 54, 55, 63. capitur G vii, 67.
equestris prælii consuetudo H 15.
equestris pugnæ mira exercitatio apud Germanos G i, 48.
equites mille Cæsariani septem millia Pompeianorum equitum sustinere non dubitabant C iii, 84.
equites Galli G vi, 15.
equitum Gallorum temerarium jusjurandum G vii, 66.
equites Germani sæpe in præliis ex equis desiliunt, ac pedibus prælianturur G iv, 2.
equitum Rom. generositas G viii, 28.
equitibus quingentis Helvetii quatuor millia equitum Rom. propellunt G i, 15.
equi alga pasti Af. 24.
equorum mira docilitas G iv, 2. studiosi Galli G iv, 2.
equos suos assuefacit Cæsar non reformidare elephantos Af. 72.
Eratosthenes citatus G vi, 24.
Ergastula quædam Milo solvit C iii, 22.
Essedorum usus in præliis apud Britannos G iv, 24, 33.
Essui populi G v, 24.
Etesiæ venti C iii, 107.
Euphranor Rhodius vir fortis A 15. ejus mors A 25.
exactiones gravissimæ Scipionis C iii, 32.
exactiones graves Cassii A 49.
exactor improbus ministris etiam suis odiosus A 50.
excommunicatio veterum Gallorum G vi, 15.
exacti a Pharnace cives Rom. A 70.
exercitus Cæsarianus Dyrrhachinis præliis attenuatus C iii, 71, 89.
exercitus non minorem quam imperator ipse laudem consecutus G i, 40.
exercitus Rom. ab Helvetiis pulsus, et sub jugum missus G i, 7.
exercitus Cæsariani major pars tirones H 28.
exercitus Cæsariani sitis Af. 69.
exercitus totius salus parva in re aliquando consistit G iii, 14.

F

Fabii Peligni facinus audax C iii, 35.
Fabius Max. Rutenos et Arvernos superavit G i, 45.
factiones Gallorum G vi, 12.
fagum Britannia non habet G v, 12.
falcatæ quadrigæ Pharnacis A 75.
falcium in navibus bellicis usus G iii, 14.
fama in novitate antecedit G iii, 30.
fames ac penuria Afranianorum C i, 83.

fames Cæsarianorum militum et tolerantia G vii, 17.
familia Orgetorigis, decem millia hominum G i, 4.
ex familia una duo simul in senatu Æduo esse non poterant G vii, 33.
Fanum oppidum C i, 11.
fascium prælationis invidia C iii, 106.
Favonius Scipionem castigat C iii, 58.
fautores Cæsaris LXXIV a Pompeio securi percussi H 21.
Faustus Sylla C i, 6. a Sitio capitur Af. 95. ejus mors ibid.
feminæ notitiam intra annum XX Germani non habebant G vi, 21.
feminæ a viris prodi hostibus metuentes, viros hostibus ipsæ produnt G vii, 26.
feminarum pavor in urbis oppugnatione G vii, 40.
ferrariæ Biturigum G vii, 22.
ferrariæ officinæ a Pompeianis institutæ Af. 20.
ferrum in Britannia nascitur G v, 12.
fides Cæsaris H 19.
fides Cæsarianorum militum constantissima Af. 45.
fides clientum Gallorum G vii, 40.
fidei hostili non temere credendum C iii, 28.
fiducia Cæsaris miranda Af. 63.
filia Ptolemæi regis minor C iii, 113.
fluminis alti transeundi ratio H 5.
flumen avertere Cæsar molitur C i, 61.
flumina Romanos milites non morantur G vii, 56.
fœderis militaris sanciendi ritus apud Gallos G vii, 2.
foliis arborum pasti equi C iii, 58.
fontem cuniculo intercipit Cæsar C viii, 43.
fortissimi Gallorum Belgæ G i, 1.
fortunæ vis G vi, 30. C iii, 10.
fraternæ pietatis exempla G i, 20. iv, 12. Af. 28.
frenati equi et infrenati Af. 19.
Frentani C i, 23.
frigoris tolerantissimi Suevi G iv, 1.
frigoribus exposita est Gallia G i, 16.
frumentum dedititiis suis dandum curat Cæsar G i, 28.
frumentum militibus certis diebus admetiebatur Cæsar G i, 16.
frumentum suum Helvetii comburunt G i, 5.
frumenti condendi modus apud Afros Af. 65.
frumenti inopia in Cæsaris castris, ea levata Af. 34.
frumenta et ædificia propria corrumpentes Galli G vii, 64.
frumenta intra munitiones sata C iii, 58.
Fufius Kalenus C iii, 8. ejus industria C iii, 55.
fuga Ambiorigis mira G vi, 43.
fuga pernox G i, 26.
fugæ celandæ ratio G viii, 15.
fugæ simulatæ fraus G vi, 8. ii, 40.
fugæ spem suis adimit Cæsar G i, 25.
Fulvius Postumus C iii, 62.
funera Gallorum magnifica G vi, 19.
Fusius Cotta occiditur G vii, 3.

G

Gabali populi G vii, 64, 75.
Gabinii Cæsariani res gestæ A 42, 43.
Gabiniani milites C iii, 4, 103, 110.
Gaditani Cæsaris fautores C ii, 18.
Galba Suessionum rex G ii, 4. ejusdem filii Cæsari deduntur G ii, 13.
Galearum tegmenta ex viminibus C iii, 72.
Galliæ divisio G i, 1.
Gallia omnis ad Septentrionem est G i, 16.
Gallia omnis pacata G ii, 35. repente tumultuatur G iii, 7.
Gallia provincia C i, 39. Cæsari decreta G i, 35.
Gallia tanquam præda Germanis et Romanis exposita G i, 46. subacta libera esse jussa G viii, 46.
Gallia transalpina G vii, 6.
Galliæ concilium, cui ne orbis quidem terrarum possit obsistere G vii, 29.
Galliæ consensus adversus Cæsarem in libertate vindicanda G v, 27. vii, 76.
Galliæ conventus Cæsar agit G i, 30. concilium indicit G i, 30. vi, 3.
Galliæ equitatus ad Cæsarem in Britanniam profecturum convenit G v, 5.
Galliæ et Germaniæ morum disciplina G i, 31. vi, 21.
Galliæ et Hispaniæ regiones saluberrimæ C iii, 2.
Galliæ fertilitas ac opulentia præ Germania G vi, 14.
Galliæ imperium sibi vindicare volunt Helvetii G i, 2. Ariovistus et Cæsar G i, 33, 43.
Galliæ motus repentini G v, 22, 53.
Galliæ præsidia distribuit Cæsar G viii, 46.
Galliæ provinciæ servitus G vii, 77.
Galliæ res gestas Hirtius absolvit G viii, 1.

Gallus Gallos fallens G v, 48.
Galli Belgæ G ii, 1, 3.
Galli bellicosi G iii, 19. v, 54, 56. vi, 15. vii, 1.
Galli disciplinæ ergo in Britanniam proficiscebantur G vi, 13.
Gallorum equitum mos G vi, 15. jusjurandum temerarium G vii, 66. virtus ac fortitudo mirabilis C i, 51. Af. 6.
Gallorum veterum mores et instituta G vi, 11, et seqq.
Galli a Dite patre progeniti G iv, 18. Græcis literis utebantur G vi, 14. humanis victimis diis litabant G iv, 16. Cimbrico bello humanis corporibus vescebantur G vii, 77. in acie sedere soliti G viii, 15. jumentis maxime delectantur G iv, 2. etiam senes militant G viii, 12. multos carros in bellis habent C i, 51. procero ac mirifico sunt corpore G ii, 30. Af. 40. religionibus dediti, eorumque dii, ac vota G vi, 16, et seqq. armati in concilium veniebant G v, 56. novis rebus plerumque student G iv, 5.
Galli in copiis Cæsaris C i, 39. Jubæ regis C ii, 40. Pompeii C iii, 4. proditores in exercitu Cæsaris G ii, 17. vi, 7. urbes suas ipsi incendunt G vii, 15.
Gallorum ingenia candida et aperta Af. 73. inter se discrimina G i, 1. factiones duæ G vi, 12. mira consuetudo in concilii armati indictione G v, 56. nobilium genera duo, Druides et Equites G vi, 13, et seqq. præcipui Belgæ et Ædui G viii, 54. tutelam adversus Ariovistum Cæsar suscipit G i, 33, 40, 43. adversus Romanos conjuratio G ii, 1. v, 53. odium et insidiæ G v, 29. vii, 1. rebellio G ii, 1. iii, 3. iv, 6. vi, 2. vii, 7. ante Cæsaris adventum annua bella G vi, 15. conjugia G vi, 19. consilia subita et repentina G iii, 8. vi, 5. consuetudo erga liberos suos natu minores G vi, 18. domicilia in æstu G iv, 30. mos in rumoribus novis excipiendis G iv, 5. cum Cæsarianis prælium G iii, 4. vii, 13. disciplina ex Britannia allata G vi, 13.
Gallorum et Belgarum eadem est oppugnatio G ii, 6.
Gallorum fortitudo G vi, 23. industria ac solertia G vii, 22. infirmitas G iv, 5, 13. levitas ac mobilitas G ii, 1. iii, 10. iv, 5. libertas G vii, 5. mollities in adversis G iii, 19. temeritas innata G vii, 42. facinus memorabile in mortis pro patria contemtu G vii, 25. fuga ac clades G iii, 6. G vii, 83, 88.
Gallorum Labienianorum cædes Af. 40. immensæ copiæ G vii, 75.
Gallis ignota Britannia G iv, 20.
Gallicarum navium forma G iii, 13.
Gallica classis adversus Romanos G iii, 13.
Gallicæ plebis conditio G vi, 13.
Gallicus victus cum Germanico non conferendus G i, 31.
Gallico agro Germanicus ager non comparandus G i, 31.
Gallicorum murorum forma G vii, 23
Gallinam Britanni non gustant G v, 12.
Ganymedes eunuchus nutritius Arsinoës A 4. ejus odium A 23. impotens dominatio A 23, 33.
Garites Romanis dediti G iii, 27.
Garumna fluvius G i, 1.
Garumni populi Aquitaniæ G iii, 27.
Gemella legio C iii, 4.
Genabum, Carnutum oppidum G vii, 3. viii, 5. diripitur atque incenditur G vii, 11.
Geneva, Allobrogum oppidum G i, 7.
Genusus fluvius C iii, 75, 76.
Gergovia G vii, 4. Boiorum oppidum G vii, 9. Arvernorum oppidum G vii, 34. ejus oppugnatio G vii, 36, 41.
Germaniæ et Galliæ morum discrimen G v, 11.
Germani quando primum et qua ratione in Galliam transierint G i, 31, 33. iv, 16. &c. inde pulsi G i, 53.
Germani auxiliares G vi, 5, 8. vii, 76. viii, 10. barbari ac feri G i, 31, 33. bella non deprecantur G iv, 7. importatis jumentis non utuntur G iv, 2. quatuordecim annis tecta non subeuntes G i, 36. fortunam contra Romanos tertio experiri nolunt G v, 55. Suevis se impares fatentur G iv, 7.
Germani equites cccc Cæsariani G vii, 13. pedites summæ velocitatis inter equites pugnantes G i, 48. viii, 36. levis armaturæ C i, 38. Transrhenani continenter cum Belgis pugnantes G i, 1. Belgis adversus Romanos conjuncti G ii, 3, 4. eos Cæsar ulciscitur G vi, 9. Germani et Galli Labieniani cum Cæsarianis fide data acceptaque colloquentes Af. 29. eorum cædes Af. 40.

Germanorum ad Cæsarem legatio G iv, 7. legati retenti G iv, 13. in Romanos odium G v, 29. arrogantia G iv, 7. cultus corporis G vi, 21. cum Romanis conflictus G i, 52. clades ac fuga G i, 53. iv, 14. matres familias præliandi tempus suis præscribunt G i, 50.
Germanorum magnitudo corporis ac terror G i, 39. mos in bellis parandis G vi, 23. nuditas G vi, 21. perfidia et simulatio G iv, 12, 13. procacitas G i, 46. superstitio in prælliis suscipiendis G i, 50. trepidatio G iv, 14, 15. vagatio seu peregrinatio et error G vi, 22. victus G vi, 22. virtus G vii, 70. omnis vita in venationibus et studio rei militaris consistit G vi, 21.
Germanorum equitum virtus A 29.
Germanorum Usipetum adversus Menapios dolus G iv, 4.
Germanos Galli quondam virtute superabant G vi, 34. eosdem in Gallia diutius versari indignantur Galli G ii, 1.
Germanos Cæsar debellat et Germanico bello finem imponit G v, 12, et seqq. Cetera quæ ad Germanorum descriptionem, mores et instrumenta pertinent, vide G vi, 21, et seqq.
Getuli et Numidæ, Marii beneficiarii Af. 32. ad Cæsarem deficiunt Af. 35, 55.
Getuli Considium occidunt Af. 93.
Getulorum duo oppida capiuntur Af. 25.
Getulorum equites sine frenis Af. 61.
gladiatoria familia Milonis C iii, 22.
glans inscripta vice epistolæ missa H 13, 18.
glandes fusæ Af. 20.
glasto se inficiunt Britanni G v, 14.
Gobanitio patruus Vercingetorigis G vii, 4.
Gomphi a Cæsare non toto die expugnati C iii, 80.
Gorduni Nerviorum clientes G v, 39.
Graioceli G i, 10.
grando saxea in exercitum Cæsaris cadens Af. 47.
gravis armaturæ miles legionarius Af. 71.
Græce ad Ciceronem scribit Cæsar G v, 48.
Græce indocti Nervii G v, 48.
Græci contra Rom. Imp. pugnare nolentes C iii, 11.
Græcis literis Galli olim usi G vi, 14.
Grudii Nerviorum clientes G v, 39.
Guturvatus, Carnutum factionis princeps, occiditur G viii, 38.

H

Haliacmon, flumen C iii, 36.
Harudes populi G i, 31, 37, 51.
Helvetia omnis civitas in quatuor pagos divisa G i, 12.
Helvetii ceteros Gallos virtute præcedunt G i, 1. Germanis superiores G i, 40. Romanum consulem occidunt, exercitum sub jugum mittunt G vii, 4. Cæsarianos aliquot G i, 15. a Cæsare cæduntur G i, 12, 26. obsides accipere, non dare soliti G i, 14. oppida sua commigraturi incendunt G i, 5. ea restituere jubentur G i, 28. profectionem in Galliam adornant G i, 2. quare patriam relinquerent G i, 30. eorum iter G i, 6, 7, 9. Rhodani transitu a Cæsare prohibentur G i, 12. Græcis literis usi G i, 29. eorum conjuratio G i, 3. feritas ac pervicacia in bello G i, 25, 26. fuga G i, 26. jactantia G i, 13. legatio supplex ad Cæsarem G i, 7, 13. mos in judiciis G i, 4. perfidia adversus Romanos G i, 1. virtus G i, 13. Cetera vide G i, 1, et seqq.
Helvii populi G vii, 8, 64. C i, 35.
Heraclea Sentica C iii, 79.
Hercynia sylva ejusque feræ G vi, 24.
Herculis fanum Gadibus C ii, 18. exinde ablata restituit Cæsar C ii, 21.
Herminius mons A 48.
Hiadertinorum in P. R. officia A 42.
Hibernia insula G v, 13.
hibernorum Cæsaris expugnandorum consilium apud Gallos G v, 26.
hibridæ a Labieno conscripti Af. 19.
hiemes in Gallia maturæ G iv, 20.
Hippo regius Af. 96.
Hispalis oppidum C ii, 18, 20. ejus oliveta H 27. ejusdem turbatio H 35, 36.
Hispalensibus ingratum animum exprobrat Cæsar H 42.
Hispani equites G v, 26.
Hispani in copiis Cæsaris Af. 39.
Hispanorum auxilia Gallis adversus Romanos G iii, 23.
Hispanorum pugnandi ratio C i, 44. seditio inter se A 62.

Hispaniæ principes ad Cæsarem transeunt C i, 74.
ex Hispania apportabantur necessaria ad armandas naves Cæsaris G v, 1.
Hispaniæ res tam Pompeianorum, quam Cæsarianorum C i, 38, 39, 48. H 3.
Hispaniæ duæ a Cæsarianis pacatæ C iii, 73.
Hispaniæ ulterioris fecunditas et situs H 8. eadem potitus Cn. Pompeius adolescens H 1.
Hispaniarum deditio C ii, 23.
homines a Gallis immolati G vi, 16.
hordeo corrupto et panico vetere se alentes Massilienses C ii, 22.
hordeo frumentum auctum C iii, 58.
hospitalitas Germanorum G vi, 23.
hospitium sacrosanctum H 16. ejus violati nefas H 16.
hostis consilia qualiter accipienda G v, 28.
hostis in iniquum locum pertrahendi strategema G vi, 8.
hostium res prius diligenter exploranda, quam prælium committas C ii, 38.
Hyempsal rex Af. 56.

I, J

Jacetani ad Cæsarem transeunt C i, 60.
Iberus fluvius C i, 60.
Iccius et Antebrogius Remorum legati G ii, 3.
Iccii angustiæ G ii, 6.
ignis supplicium G i, 4. vii, 4.
cum igne pugnantes Cæsariani G v, 43.
igni vivi combusti Paradenses Af. 87.
ignibus nocturnis produntur aliquando milites C iii, 50.
Iguvium oppidum C i, 12.
Ilerda oppidum C i, 43, 45.
Illurgavonenses populi C i, 60.
in Illyrico gesta G ii, 35. iii, 7. A 42.
Imanuentius Trinobantium rex G v, 20.
imitatores solertissimi Galli G vii, 22. item Alexandrini A 3.
impedimentis amissis bellum geri non posse G vii, 14.
Imperatoris aliæ sunt partes atque legati C iii, 51. consilium milites explorare non debere G ii, 40. vii, 52. conspectus, oratio ac præsentia militibus animos addit et convertit G i, 41. ii, 25. Af. 10. in conservandis militibus studium C i, 72. in commissione pugnæ officium A 16.
Imperatorem se appellat Scipio C iii, 31. eo nomine indignus censetur a centurione Cæsariano capto Af. 45.
Imperatores munera ac dona accipiebant re bene gesta A 70.
in impuberes etiam sævit Bibulus C iii, 14.
incendia ædificiorum, incursionis hostium vulgare signum G viii, 3.
Indo rex H 10.
induciarum genus ex misericordia G ii, 13.
inducias Pompeiani postulant a Cæsarianis et impetrant C iii, 19.
Induciomari Treviri simulatio G v, 3, 4. dolus ac defectio G v, 26, 55. fuga G v, 53. cædes G v, 58.
infantibus in ardore pugnæ non parcunt Rom. G vii, 28.
ingratos ac perfidos Cæsar ulciscitur Af. 64.
inimici alter alterum servantes G v, 14.
insidiæ Labieni adversus Cæsarem Af. 50. detectæ Af. 66.
insidiæ præmonitis minus nocent G viii, 19.
insidiarum occultandarum modus A 36.
insignia in præliis accommodabant milites Romani G ii, 21.
insignium et signorum militarium occultandorum fraus G vii, 45.
instar legionis videri C iii, 66.
instar cohortium A 19.
intercessio tribunitia C i, 5, 8.
Issam Octavius a Cæsare abalienat C iii, 9.
Isthmum Cæsar munit C iii, 55.
Italia sine vulnere a Cæsarianis capta C iii, 73.
Italia sine Sicilia et Africa teneri non potest C ii, 32.
Italiæ facultates et existimatio G vi, 1.
itineris Cæsariani ad hostes asperitas C i, 68.
itineris difficultas in Afraniano exercitu C i, 78, 79.
Itius portus G v, 5.
Ityreæ naves Af. 20.
Juba Numidiæ rex Pompeii hostis et amicus C ii, 25. A 5. Cæsaris hostis Af. 25. auxilia Pompeio suppeditat A 51. elephantes triginta ad Scipionem adducit Af. 25, 30.

auxilia a Scipione abducit Af. 25. ad Uticam male pugnat C ii, 26. Uticenses confirmat C ii, 36. Curionem Cæsarianum vincit C ii, 42. ejus crudelitas C ii, 44. Af. 66, 74. superbia et arrogantia Af. 57. terror apud Cæsarianos, et rursus contemptus Af. 48. angustiæ Af. 25, 36, 55, 91. mors Af. 94.
Judiciorum mira forma, ut alii audirent, alii judicarent C iii, 1.
jumenta alga pasta Af. 24.
jumenta sua sarcinaria Afraniani ipsi occidunt C i, 6.
jumentis maxime delectantur Galli G iv, 2.
Junii pœnitentia H 16.
Jupiter a Gallis cultus G vi, 17.
Jura mons altissimus G i, 2, 6.
jusjurandum Labieni in favorem Pompeii C iii, 12.
jusjurandum temerarium equitum Gallorum G vii, 66.

L

Labieni Cæsaris legati castra oppugnata G v, 58. vi, 6. Ejus strategema G vii, 60, et seq. supplementum G vii, 57. cum Gallis prælium G vii, 62. virtus G vii, 59.
Labienus a Cæsaris inimicis ad defectionem sollicitatur G viii, 52. Cingulum oppidum exædificat C i, 15. Pompeio jurat C iii, 13. ejusdem cum Vatinio de pace altercatio C iii, 19. adversus Cæsarianos crudelitas C iii, 71. Pompeio assentatur C iii, 87. acies contra Cæsarem Af. 13. insultatio in milites Cæsarianos Af. 16, 50. insidiæ adversus Cæsarem Af. 50. detectæ Af. 66. fuga et clades Af. 40, 50, 69. H 31.
labor, qui labores omnes finiat, non ingratus C i, 68.
laboris intolerantes Galli G vii, 20, 30.
labori ac duritia a pueris student Germani G vi, 31.
labrum duntaxat superius non radunt Britanni G v, 14.
lacrimæ fictæ A 24.
lacte et pecore vivunt Suevi G iv, 1.
lacte, caseo, carne vivunt Germani G vi, 22.
Lacus Lemannus G i, 2, 8.
laminæ seu talcæ ferreæ pro numismate G v, 12.
lanistæ in modum Cæsar suos adversus elephantes instituit Af. 71.
largitio Cæsaris G ii, 21. iii, 98.
Larinates populi C i, 23.
Larissa oppidum C iii, 80, 97.
Latobrigi patriam suam deserunt G i, 5. redeunt G i, 28. eorum numerus G i, 29.
latrocinia quædam apud Germanos infamia non sunt G vi, 23.
Latrones dicti Romani ab Æduis G vii, 38.
legati aliæ sunt partes atque imperatoris C iii, 51.
legati officium C ii, 17.
legati jure gentium sacrosancti G iii, 9.
Ambarri, pop. Galliæ. Sedes horum ad Ararim supra Segusianos. *dans la Bresse.* D'Anville.

Ambialites, pop. Galliæ. *Ceux de Lamballe en Bretagne. Sed creditur corruptum ex* Ambiani.

Ambianum, oppidum Belgarum. *Amiens.*

Ambibari, pop. Galliæ. *Ceux d'Ambic en Normandie.*

Ambivareti, pop. Galliæ. *Le Vivarais.*

Ambivariti, Brabantini. Incertum.

Ambracia, urbs Epiri. *l'Arta.*

Amphilochi, pop. Epiri. *Ansiloca.*

Amphipolis, urbs Macedoniæ. *Christopoli* seu *Emboli.*

Anartes, pop. Germaniæ. *Walachi, Servii, Bulgari.* Incertum.

Anas, fluv. Hispan. *Guadiana* sive *Rio Roydera.*

Ancalites, Britanni. *The hundred of Henley*, Camdeno.

Ancona, urbs Italiæ. *Ancona.*

Andes, pop. Galliæ. *Le Duché d'Anjou.*

Antiochia, urbs Syriæ. *Antachia.*

Antuates. vide Nantuates.

Apollonia, urbs Macedoniæ. *Piergo.*

Apollinis promontorium in Africa, *ras Zebib.*

Aponiana. Insula prope Lilybæum, promontorium Siciliæ. Sed lectio incerta. B. Afr. 2.

Apsus, fluv. Macedoniæ. *Aspro.* Al. *Ureo.* Al. *Spirnaza.*

Apulia, reg. Italiæ. *Puglia.*

Aquilaria, opp. Africæ, prope Clupeam. *Lowharcah.* Shaw.

Aquileia, urbs Italiæ. *Aquilegia.*
Aquitania, regio Galliæ. *Guienne.*
Arar, fluv. Galliæ. *Le Saone.*
Ardenna, sylva. *Forêt d'Ardenne.*
Arecomici. vide Volcæ.
Arelate, urbs Galliæ. *Arles.*
Ariminum, urbs Italiæ. *Rimini.*
Armenia minor, regio Asiæ. *Aladuli.*
Armoricæ civitates. *La Bretagne.*
Arretium, urbs Hetruriæ in Italia. *Arezzo.*
Arverni, pop. Galliæ. *Le Pays d'Auvergne.*
Asculum, opp. in agro Piceno. *Ascoli.*
Ascurum, oppid. maritim. Mauritaniæ.
Asparagium, oppid. Macedoniæ.
Aspavia, oppid. Hispan. Bæt. *Espejo.*
Asta, oppid. Hispan. Bæt. Unde Astensis. *Massa de Asta.* Al. *Xerez de la Fontera.*
Ategua, oppid. Hispan. Bæt. *Tebala Veia* vel *Tegua.*
Atrebates, pop. Galliæ. *Le Pays d'Artois.*
Avaricum, urbs Aquitaniæ. *Bourges.*
Aulerci Eburovices, pop. Galliæ. *Le Pays d'Evreux, en Normandie.*
Aulerci Diablintes, pop. Galliæ. Regio dicta *le Perche.*
Aulerci Cenomanni, pop. Galliæ. *Le Pays du Maine.*
Aulerci Brannovices, pop. Galliæ. *Le Briennois.*
Ausci, pop. Galliæ. *Ceux d'Auch* vel *Aux en Gascogne.*
Ausetani, pop. Hispaniæ sub Pyrenæis.
Auximum, oppid. Italiæ. *Osimo* sive *Osmo.*
Axona, fluv. Gall. Belg. *Aisne.*

B

Bacenis, sylva German. *Thüringer Wald.* Al. *der Harz-Wald.*
Bætis, fluv. Hispan. *Guadalquivir.*
Bæturia. Estremadura Lusitaniæ.
Bagrada, fluv. Africæ, prope Uticam. *Mé-jerda.* Shaw.
Baleares insulæ. *Majorca* et *Minorca.*
Batavorum insula, pars Geldriæ. *Betuwe.*
Belgæ. Les Pays Bas.
Bellocassi, sive Velocasses *vel* Veliocasses pop. Galliæ. *Le Pais de Bayeux en Normandie.* Al. *le Vexin.* sic D'Anv.
Bellovaci, pop. Galliæ. *Le Beauvaisis.*
Bessi, pop. Thraciæ.
Betones, sive Berones, pop. Hispan. Tarracon. *Briones.*
Bibracte, urbs Æduorum. *Beray d'Autun.* Al. *Beurect.* Al. *Beaulne.* Sanson dat *Fimes.* V. Mém. de l'Acad. 28. D'Anville *Autun.*
Bibrax, Remorum oppid. *Braine* sive *Bréne.* Al. *Bray.* D'Anv. *Bievre.*
Bibroci, Britanni. *The hundred of Bray* Camdeno.
Bigerriones, pop. Galliæ. *Le Comté de Bigorre en Gascogne.* Incertum, scil. quoad limites.
Bithynia, regio Asiæ.
Bituriges, pop. Galliæ. *Le Duché de Berry.*
Boii, pop. Galliæ. *Les Bourbonnois.*
Bosporus, regio prope Pontum Euxinum.
Brannovices. vide Aulerci.
Bratuspantium, oppid. Bellovacorum. *Beauvais.* potius *Breteuil.* V. *Mantissam.*
Britannia.
Brundisium, urbs Italiæ. *Brindisi.*
Brutii, pop. Italiæ. *Calabri.*
Bullis, oppid. Macedoniæ.
Bursavolenses, pop. Hispan. Bæt. Creduntur iidem, qui Ursaonenses.
Buthrotum, urbs Epiri. *Butrinto.*

C

Cabillonum, urbs Galliæ. *Chalons sur Saone.*
Cadetes, pop. Galliæ. Nescitur.
Cadurci, pop. Galliæ. *Le pays de Quercy.*
Cadurci eleutheri, in iis Albiga, *Alby.*
Calagurritani, pop. Hisp. Tarracon. *Calahorra.*
Caletes, pop. Galliæ. *Le pays de Caux en Normandie.*
Calydon. Urbs Ætoliæ. *Ayton.*
Camerinum, urbs Umbriæ, in Italia. *Camerino.*
Candavia, reg. Macedoniæ. *La Canovia.*
Canopus, urbs Ægypti. *Abukir.*
Cantabri, pop. Hisp. Tarracon. *Biscaya.*
Cantium, pars Britanniæ. *Kent.*
Canusium, urbs Apuliæ, in Italia. *Canosa.*
Cappadocia, reg. Asiæ.
Capua, urbs Italiæ. *Capoa.*
Carales, Sardiniæ urbs. *Cagliari.*

Carcaso, urbs Galliæ. *Carcassone.*
Caresi, pop. Belgii. Incertum.
Carmona, oppid. Hispan. Bæt. *Carmone.*
Carnutes, pop. Galliæ. *Le pays du Chartrain, de l'Orléanois, et du Blesois.*
Carruca, oppid. Hisp. Nescitur.
Carteia, oppid. Hispan. *Algeziva.* Al. *Tariffa.*
Casilinum, oppid. Italiæ. *Castelluzzo.*
Cassi, Britanni. *The hundred of Caishow* Camdeno.
Castra Cornelia. ubi hodie *Gellah.* Shaw.
Castra Posthumiana, oppid. Hispan. Bæt. *Castro el Rio.*
Castulonensis saltus, a Castulo, urbe Hispan. Tarracon. *Castona la vieja.*
Caturiges, popul. Galliæ. *Le pays d'Embrun.* Al. *Charges.*
Cebenna, mons. *vide* Gebenna.
Celtæ, pop. Galliæ.
Celtiberia, reg. Hispaniæ.
Cenimagni, Britanni. *Iceni* Camdeno, *Suffolk, Norfolk*, et *Cambridgeshire.*
Cenomanni, pop. Galliæ. *Le pays du Maine* sive *Mans.*
Centrones, pop. Galliæ. *Le pays de Tarantaise.*
Centrones, Nerviorum clientes, pop. Belgii. *Ceux de Courtray.* Al. *de S. Truyen.* Al. *Gandavenses.*
Cerauni, montes Epiri. *Monti di Chimera.*
Cercina, insula Af. *Chercara, Cercare.*
Chersonesus, penins. Afr. prope Alexandriam.
Cherusci, pop. Germaniæ. *Luneburgenses.*
Cilicia, reg. Asiæ min. *La Caramanie.*
Cimbri, pop. Germaniæ. *Jutlanders.*
Cinga, fluv. Hispan. *Cinca* sive *Senga.*
Cingulum, oppidum Piceni, in Italia. *Cingoli.*
Cirra, oppid. Afr. *Constantina* sive *Cosantina.* Al. *Tadel.*
Clupea, urbs Afr. marit. *Quipia* sive *Aklibia.*
Cocosates, pop. Galliæ. *Dans les Landes.* D'Anv.
Comana, Pontica. *Com* sive *Tabachzan.*
Comana, Cappadociæ. *Arminacha.*
Compsa, urbs Ital. *Conza* sive *Consa.*
Condrusi sive Condrusones, pop. Belgii. *Condrotz au pays de Liege.*
Confluens Mosæ et Rheni. *Coblenz.*
Corcyra, insula Epiri. *Corfu.*
Corduba, urbs Hispan. Bæt. *Cordova.*
Corfinium, oppid. Pelignorum, in Ital. *St. Pelino.* Al. *Pentina*, vicus Aprutii.
Corneliana castra, urbs Afr. inter Carthaginem et Uticam. *vide* Castra Cornelia.
Cosa. vide Compsa.
Cosanum, urbs Calabriæ, in Ital. *Cassano.*
Cretenses. Ceux de l'Isle de Candie.
Curiosolitæ, pop. Galliæ. *Corseult en Bretagne.*
Cyclades, ins. Ægæi maris. *l'Isole dell' Archipelago.*
Cyprus, insula. *Cipro.*

D

Daci. Transylvani, Moldavi, et Valachi.
Danubius, fluv. *Donau, Danube.*
Dardani, pop. Mysiæ. *Rascia et pars Serviæ.*
Decetia, opp. Galliæ. *Decise sur Loire.*
Delphi, urbs Achaiæ. *Delfo.* Al. *Salona.* Al. *Castri.*
Delta, pars Ægypti, in ostiis Nili.
Diablintes, pop. Galliæ. Regio dicta *le Perche.* Al. *Diableres en Bretagne.* Al. *Linter*, Brabantiæ.
Dubis, fluv. Burgundiæ, *le Doux.*
Durocorturum, urbs Gall. *Reims.*
Dyrrhachium, urbs Macedoniæ. *Durazzo, Drazzi.*

E

Eburones, pop. Belgii. *Tongres.* Al. *Liégeois.*
Eburovices. vide Aulerci.
Elaver, fluv. Galliæ. *Allier.*
Eleutheri. vide Cadurci *et* Suessiones.
Elis, urbs Poloponnesi. *Belvedere.* forsan *Gastouni.*
Elusates, pop. Galliæ. *Le pays d'Euse en Gascogne.*
Ephesus, urbs Asiæ min. *Efeso, Figena.*
Epidaurus, urbs Dalmatiæ marit. *Ragusa vecchia, Dobronicha.*
Epirus, regio Græciæ. *Chimera et Larta.*
Essui, pop. Galliæ. Forsan *ceux de Seez.*
Eusubii, creditur corruptum ex *Unelli* vel *Lexovii.*

F

Fanum, urbs Umbriæ, in Italia. *Fano.*
Frentani, pop. Italiæ.

G

Gabali, pop. Galliæ. *Le pays de Gevaudan.*
Gaditani, pop. Hispan. *Ceux de Cadiz.*
Galli.
Gallogræcia, regio Asiæ min. *Galatia.*
Garites, pop. Galliæ. *Le pays de Gaure* sive *Gavardan.* Al. *Agenois.*
Garoceli sive Graioceli, popul. Galliæ. *Ceux de Mont Cenis.* Al. *de la val de Morienne.* Al. *du Mont Genevre. De la vallée de Pragelas et de Cluson.* D'Anv.
Garumna, fluv. Galliæ. *La Garonne.*
Garumni, pop. Galliæ circa Garumnam.
Gebenna. Montagnes de Cevennes.
Genabum, opp. Galliæ. *Orleans.*
Geneva.
Genusus, fluv. Macedoniæ.
Gergovia, Boiorum et Arvernorum, urbes Galliæ. Rudera posterioris in monte *Gorgoie.* D'Anv.
Germania.
Getuli, pop. Africæ.
Gomphi, opp. Thessaliæ. *Gonfi.*
Gorduni, pop. Belgii. *Ganduvenses.* Al. *ceux de Courtray.* Incertum.
Graioceli. vide Garoceli.
Grudii, Nerviorum clientes, pop. Belgii. *Ceux de Bruges.* Al. *de Louvain. Terre de Groude.* D'Anv.

H

Haliacmon, fluv. Macedoniæ.
Harudès, pop. Germaniæ. Nescitur.
Helvetii. Les Suisses.
Helvii, pop. Galliæ. *Le pays de Vivarez.*
Heraclea Sentica, oppid. Macedoniæ.
Hercynia sylva, in Germania. *Forêt de Boheme et de la Saxe.* Olim multo amplior.
Herminius, mons Lusitaniæ. *Monte Armino.* Al. *Monte della Strella.*
Hibernia.
Hippo, urbs Africæ. *Bona.*
Hispalis, urbs Hisp. Bæt. *Sevilla.*
Hispania.

I, J

Jacetani. vide Lacetani.
Jadertini (sive Hiadertini), Jadera, urbs Illyrici. *Zara.*
Iberus, fluv. Hispan. Tarracon. *Ebro.*
Iccius sive Itius portus, oppid. Galliæ. *Vissent*, sive *Wasant.* Al. *Calais.*
Igilium. Il Giglio: l'Isle du Lys, in mari Tyrrheno.
Iguvium, urbs Umbriæ, in Italia. *Gubio.*
Ilerda, urbs Hispan. Tarracon. *Lerida.*
Illurgavonenses, pop. Hispan. prope Iberum.
Illyricum. Sclavonia, Dalmatia, etc.
Ilurgis, opp. Hispan. Bæt. *Illora.*
Issa, insula maris Illyrici. *Lissa.*
Italia.
Italica, urbs Hispan. Bæt. Unde Italicensis. *Sevilla la vieia.* Al. *Alcala del Rio.*
Ityrea sive Ituræa, reg. Palæstinæ.
Jura, mons Gall. *Le Mont Jura.*

L

Lacetani, pop. Hispan. sub Pyrenæis.
Larinates, Larinum, urbs Italiæ. *Larino.*
Larissa, urbs Thessaliæ. *Larizza.*
Latobriges sive Latobrigi. Nescitur. *Dans le Brisgau.* Al. *a Lausanne.* Al. *dans le Valais.*
Lemanus lacus. *Le Lac de Genève.*
Lemonum. vide Limo.
Lemovices, pop. Galliæ. *Le Limosin.*
Lemovices Armorici. *Ceux de St. Paul de Leon.*
Lenium, opp. Lusitaniæ. Nescitur.
Lepontii, incolæ vallis Lepontinæ, inter Alpes. *Val Leventina.*
Leptis, oppid. Africæ. *Lebeda* sive *Lepeda.*
Levaci, pop. Belgii. Incertum.
Leuci, pop. Galliæ Belgicæ. *Le Toulois.*
Lexovii, pop. Galliæ. *Lisieux en Normandie. Le Lieuvin.*
Liburni, pop. Illyrici.
Ligeris, fluv. Galliæ. *La Loire.*
Lilybeum, promont. Siciliæ. *Capo Coco.* Al. *Capo Boco.*
Limo sive Limonum, postea *Pictavus*, urbs Gall. *Poitiers.*
Lingones, pop. Galliæ. *Ceux de Langres.*
Lissus, urbs Macedoniæ. *Alessio.*

Lucani, pop. Italiæ.
Luceria, urbs Italiæ. *Lucera.*
Lusitania. Portugal.
Lutetia. Paris.

M

Macedonia.
Magetrobia sive Amagetrobia, urbs Galliæ. Incertum.
Malaca, urbs Hispan. Bæt. *Malaga.*
Mandubii, pop. Galliæ. *vide* Alexia. *L'Auxois en Bourgogne.*
Marcomanni, popul. Germaniæ. *Mark.* Al. *Bohemia.*
Marrucini, popul. Aprutii, in Italia.
Marsi, pop. Italiæ. *Ducato de Marsi.*
Massilia, urbs Galliæ. *Marseille.*
Matisco, urbs Galliæ. *Mâcon.*
Matrona, fluv. Gall. *La Marne.*
Mauritania, reg. Africæ. *Barbarie. Fez et Marocco.*
Mazaca, urbs Cappadociæ. *Tisaria.*
Mediomatrices. Ceux de la Lorraine.
Medobrega, urbs Lusitan. *Armenna.*
Meldæ. Ceux de Meaux. Sed creditur corruptum ex Belgæ.
Melodunum, oppid. Galliæ, supra Lutetiam. *Melun.*
Menapii, pop. Germaniæ, in ora Flandriæ maritima. Nomen populi substitit sub Francis in pago *Menapisco.* Olim late Rhenum inter et Scaldin habitarant, dein Brabantiæ partem borealem tenuere.
Messana, urbs Siciliæ. *Messina.*
Metiosedum, oppid. Galliæ ad Sequanam infra Lutetiam. *Corbeil.* potius *Meudon.*
Metropolis, urbs Thessaliæ, inter Pharsalum et Gomphos.
Mitylena, urbs Lesbi ins. *Metelin.*
Mona, insula. *Man.* Al. *Anglesey*, minus recte.
Morini, i. e. maritimi, pop. Galliæ. *Ceux de Terrouanne en Artois et du Boulonois.*
Mosa, fluv. Galliæ Belgicæ. *La Meuse.*
Munda, urbs Hispan. *Monda.* Al. *Ronda la Veia.*

N

Nabatæi, pop. Arabiæ.
Nannetes, pop. Gailiæ. *Ceux de Nantes.*
Nantuates, pop. Galliæ. Incertum. *L'occident du Valais.*
Narbo, urbs Galliæ. *Narbonne.*
Naupactus, urbs Ætoliæ. *Lepanto.*
Neapolis Napoli, urbs Italiæ.
Neapolis, urbs Africæ, inter Clupeam et Adrumetum.
Nemetes, pop. German. *Ceux de Spire.*
Nemetocenna, oppid. Belgii. Incertum. Quibusdam *Arras.*
Nervii. Ils occupoient le Hainault et depuis Tournai jusqu' à la mer. Le port du tractus Nervicanus étoit gardé par la milice Nervienne.
Nicopolis, oppid. Armeniæ min. *Gianich.* Al. *Chiorme.*
Nilus, fluv. *le Nil.*
Nitiobriges, pop. Galliæ. *l'Agenois.*
Noricum sive Noreia, urbs Germaniæ. *Nuremberg.* Incertum.
Noricum Regnum, ubi est Austriæ pars, Salisburgum, Stiria, Carinthia.
Noviodunum Æduorum. *Nevers.*
Noviodunum Belgarum. *Noyon.*
Noviodunum Biturigum. *Neuvy* sive *Nevfry.*
Noviodunum Suessionum. *Soissons.*
Numidæ, pop. Africæ.
Nymphæum, promontorium Macedoniæ, in confinibus Illyrici.

O

Obucula, oppid. Hispan. Bæt. Incertum.
Ocelum, oppid. Alpinum Galliæ. *Exilles.* Al. *Oulx*, rectius *Uxeau.*
Octodurus, oppid. Helvet. *Martenach, Martigny, St. Maurice.*
Octogesa, oppid. Hispan. Tarracon. *Mequinenza.*
Orchomenus, oppid. Bœotiæ. *Orcomeno.*
Oricum, oppid. Epiri. *Orco* sive *Orcha.*
Oscenses, popul. Hispan. Tarracon.
Osismii, pop. Galliæ. *Quimper et Leon, Tréguier et S. Brieu.* D'Anv.

P

Pæmani. Ceux de Pemont, in territorio Leodiensi. Inde medio ævo *Famenna* vel *Falmenna*, hodie *Famenne* vel *Famine.* D'Anv.
Palæpharsalus. vide Pharsalus.
Palæste, oppid. Epiri, prope Oricum.
Parada, oppid. Africæ, non longe ab

Utica.
Parætonium, urbs Afr. marit. *Alberton* sive *Berton*.
Parisii. *l'Isle de France*.
Parthi, pop. Asiæ.
Parthini, pop. Macedoniæ.
Peligni, popul. Italiæ, in Aprutio.
Pelusium, urbs Ægypti. *Belbais*.
Pergamus, urbs Mysiæ. *Pergamo*.
Petra, oppid. Macedoniæ.
Petrogorii, reg. Galliæ. *le Perigord*.
Pharsalus, urbs Thessaliæ. *Farsa*.
Pharus, olim insula Ægypti. *Farion*.
Picenum, reg. Italiæ. *La Marca d'Ancona*.
Pictones, pop. Galliæ. *Le pays de Poitou*.
Pirustæ, pop. Illyrici. *Albanesi*. Incertum.
Pisaurum, urbs Umbriæ in Italia. *Pesaro*.
Pleumosii, pop. Belg. circa Tornacum. Incertum.
Pontus, reg. Asiæ, ad mare Euxinum.
Posthumiana castra. vide *Castra*.
Preciani, pop. Galliæ. *Precins*. Incertum.
Provincia Romanorum. *La Provence*.
Ptolemais, alias *Acon*, urbs, Syriæ. *St. Jean d'Acre*.
Pyrenæi montes.

R

Ravenna, urbs Italiæ. *Ravenna*.
Rauraci, pop. Helvetiis finitimus. *Ceux de Bâle*.
Rhedones, pop. Galliæ. *Ceux de Rennes en Bretagne*.
Rhemi, popul. Galliæ. *Le Remois*.
Rhenus, fluv. *Le Rhin*.
Rhodanus, fluv. Galliæ. *Le Rhone*.
Rhodii. *Ceux de Rhodes*.
Roma.
Ruspina, urbs Africæ marit. *Sousa. Sahaleel*. Shaw.
Rutheni, pop. Galliæ: *La Roüerguc; le Rhodais*.

S

Sabis, fluv. Belgii. *Sambre*.
Saguntini, pop. Hispan. Tarracon. *Morviedro*.
Salona, urbs Dalmatiæ. *Salona*. Al. *Spalatro*.
Salsum, fluv. Hispan. Bæt. *Rio Salado* sive *Guadajos*.
Samarobriva, pagus Galliæ Belgiæ. *Amiens*.
Santones, pop. Galliæ. *La Santonge*.
Sardinia, insula. *Sardegna*.
Sarsura, oppid. Africæ. *Surseff*. Shaw.
Sarunetes. *Sargans*.
Scaldis, fluv. Belgii. *L'Escaut; Schelde*.
Seduni, pop. Galliæ. *Le haut Valais*.
Sedusii, pop. Germaniæ. Nescitur.
Segni, pop. Belgii. Ubi hodie *Ciney* vel *Signei*. D'Anv.
Segontiaci, Britanni. Incertum.
Segovia, urbs Hispan. Bæticæ, *Segovia la menor*.
Segusiani, pop. Gall. *Le Lyonnais*.
Senones, pop. Galliæ. *Le Senonais*.
Sequana, fluv. Galliæ. *La Seine*.
Sequani, pop. Galliæ. *La Franche Comté*.
Sesuvii, pop. Galliæ. *Ceux de Seez*. Incertum.
Sibutzates, pop. Galliæ. *Le pays de Buch*. Incertum.
Sicilia, insula.
Sicoris, fluv. Cataloniæ. *Segre*.
Sigambri sive Sicambri, popul. Germaniæ. Nescitur. *Pays entre la Sieg et la Lippe*.
Silicensis, fluv. Hispan. Bæt. *Rio de las Algamidas*. Al. creditur corruptum ex *Singuli; Xenil*.
Soricaria, oppid. Hispan. Nescitur.
Soritia, oppid. Hispan. Nescitur
Sotiates vel Sontiates, popul. Gall. *Solz*. *Le pays alentour d'Atre*.
Suessiones, pop. Galliæ. *Le Soissonnois*.
Suevi, pop. Germaniæ. *Schwaben*.
Sulcitani, pop. Sardiniæ.
Sulmo, urbs Italiæ. *Sulmona*.
Syria.

T

Tamesis, fluv. Britann. *the Thames*.
Tarbelli, pop. Galliæ, prope Pyrenæos montes. *Ceux d'Aqs et de Bayonne au pays de Labourd*.
Tarracina, oppid. Italiæ.
Tarraconenses, Tarraco, urbs Hispan. *Tarragone*.
Tarsus, urbs Ciliciæ. *Tarso*.
Tarusates, pop. Galliæ. *Le Teursan*. Incertum.
Tauris, insula in mari Illyrico. Nescitur.
Taurois, castellum prope Massiliam

B. C. ii, 4.
Tectosages. vide *Volcæ.*
Tegea, oppid. Africæ. Nescitur.
Tenchtheri, pop. German. Nescitur.
Tergestini. Ceux de Trieste. In confinibus Istriæ et Carnorum.
Teutoni, pop. German. *Teutsche.*
Thabena, urbs Africæ.
Thapsus, oppid. Africæ marit.
Thebæ, urbs Bœotiæ. *Tiba* sive *Stibes.*
Thessalia, regio Macedoniæ.
Thurii sive Turii, pop. Italiæ. *Torre Brodogneto.*
Tigurinus pagus. *Canton de Zurich.* Al. *ceux d'Avenches, de Fribourg et d'Orbe.*
Tisdra sive Tisdrus, urbs Africæ. *Cairoan. Jemme.* Shaw.
Tolosates, pop. Galliæ. *Ceux de Toulouse.*
Tralles, urbs Asiæ min. in Lydia. *Chora.* Potius *Sultan hissar.*
Treviri. Le Trevirois ; ceux de Trier.
Triboces sive Tribocci, pop. Germaniæ. *Alsace.*
Trinobantes, pop. Britanniæ. *Middlesex.*
Tulingi, pop. Germaniæ. Incertum.
Turinus ager. *vide* Thurii.
Turones, pop. Galliæ. *La Touraine.*

U, V

Vacca, opp. Africæ. *Beja.* Shaw.
Vahalis sive Walis, fluvius, pars Rheni. *Wael.*
Vangiones, popul. Germaniæ. *Worms.*
Varus, fluv. Galliæ. *Le Var.*
Ubii, pop. Germaniæ. *Ceux de Cologne.*
Ucubis, oppid. Hispaniæ Bæt. *Lucubi.*
Velauni, pop. Galliæ. *Le Velai.*
Vellaunodunum, oppid. Galliæ. *Auxerre.* Al. *Costeau Landon.* Al. *Villeneuve en Loraine.* Al. *Veron.* Potius *Beaune.* D'Anv.
Velocasses. vide Bellocasses.
Veneti, pop. Galliæ. *Vannes en Bretagne.*
Ventisponte, oppid. Hispaniæ. Nescitur.
Veragri, pop. Galliæ. *Le pays de Gavot.* Al. *Chablois.* Potius *la partie merid. du Valais.*
Verbigenus sive Urbigenus pagus, pop. Helvet. *Le pays alentour d'Orbe.* Potius *le pays de Soleure.*
Veromandui, pop. Galliæ. *Le Vermandois.*
Versaonenses. vide Ursao.
Vesontio, urbs Galliæ. *Bezançon.*
Vettones, pop. Hispan. *Extremadura.*
Vibo ad fretum, oppid. Italiæ, prope fretum Siculum.
Vienna, urbs Galliæ Narbonensis. *Vienne en Dauphiné.*
Ulia, opp. Hisp. Bæt. *Monte mayor.* Al. *Vaena.* Al. *Velia.*
Unelli, pop. Galliæ. *Le Cotentin*, ab opp. *Constantia.*
Vocates, pop. Galliæ, in finibus Lapurdensium. *Buchs.* Incertum.
Vocontii, pop. Galliæ. *Ceux de Die en Dauphiné, et de Vaison au Comtat de Venaissin.*
Vogesus. Les Vôges.
Volcæ Arecomici et Tectosages, pop. Galliæ. *Le bas et le haut Languedoc.*
Ursao, opp. Hisp. Bæt. *Ossuna.*
Usceta, opp. Afr. Nescitur.
Usipetes, pop. Germaniæ. Incertum
Utica, urbs Africæ. *Biserte.*
Uxellodunum, oppidum Galliæ. Incertum. Quibusdam *Issoudon.*
Uzita, oppid. Afr. Incertum.

X

Xantones. vide Santones.

Z

Zama, urbs Africæ. *Zamora.*
Zeta, urbs Africæ marit. *Zerbi. Menzil.* Shaw.
Zicla sive Zela, urbs Ponti.

INDEX LATINITATIS.

Litera G *numeris præfixa refertur ad libros de Bello Gallico: litera* C *ad libros de Bello Civili: litera* A *ad librum de Bello Alexandrino: litera* Af. *ad librum de Bello Africano: litera* H *ad librum de Bello Hispaniensi.*

A PORTA, ea parte, qua porta est G vi, 37. Sic *a novissimo agmine* G i, 23. *ab labris* G vi, 28. *ab Sequanis* G i, 1. *a Delta*, ea parte, qua Delta incipit A 27. item *ab ramis*, ea parte, qua rami incipiunt G vii, 73. *ab* (ex) *aliqua re cognoscere*, ut e signo G i, 22. *a domo ducere* G i, 53. *unus ab* (ex) *novissimis* G ii, 25. *ab re frumentaria* (ratione rei fr.) *laborare* G vii, 10. *a duobus millibus passuum*, intervallo duorum millium p. remoti G v, 32. vi, 7.

A, ab loco genitivi: *imperia a P. R.* G 5, 54. *literæ a C. Cæsare* C i, 1. *a M. Favonio.* C iii, 36.

Abditus (remotus) *ab aliquo loco* G vii, 79.

Abesse: non longe abest, quin G iii, 18. v, 2. *longe mihi abest hæc res*, nihil mihi prodest G i, 36. nam quod nobis adest, quod in promtu et ad manum est, id est utile, et habet aliquid adjumenti. Exempla collegerunt ad h. l. Ciacconius et Oudendorpius.

Abjicere, in locum destinatum trajicere G v, 48. Cf. H 18.

Abjunctus, separatus, remotus ab altero. Vid. ad G vii, 56.

Abripere quid ab aliquo C i, 2. Quod plerique codd. h. l. *corripere* habent, id videtur a correctoribus esse.

Abrogare alicui fidem, eum non dignum fide habere, ei nihil credere G vi, 23.

Abstinere se cibo G viii, 44.

Acceptas referre pecunias, scribere in tabulis, pecunias alicui solutas nunc redditas domino esse A 56.

Accidere: telum accidit navi, allabitur ad eam, eam ferit G iii, 14, 25. *species accidit alicui*, oculis ejus offertur G viii, 8. *male alicui accidit*, de exitu, quem res habet G i, 31.

Accipere calamitatem G i, 31. *detrimentum* G v, 22. *injuriam ab aliquo* G ii, 33. *dolorem ex aliqua re* A 25. *orationem alterius*, probare G v, 1. *in deditionem* G i, 28. *male accipi* Af. 18, 41.

Accisæ copiæ, imminutæ, debilitatæ G viii, 31.

Accommodare, aptare, alligare, G ii, 21.

Accurate ædificare, cum cura et diligentia G vi, 22, Opponitur casis ad tempus structis.

Accusare aliquem, de eo conqueri G i, 16.

Acies oculorum, splendor eorum, alteri affulgens G i, 39. *acie triplici instructa venit*, en trois colonnes G i, 49. iv, 14. C i, 41. et omnino c. 64. Vid. Mémoires crit. et histor. par Guischard. p. 54. et 87. vel T. I. p. 191. *aciem simplicem dirigere*, milites ita in acie collocare, ut unus tantum ordo sit A 37. Af. 13.

Actuaria navis remis impellitur G v, 1. C i, 27. A 9, 44. Af. 28. Est ἐπίκωπος. Vid. Gellius N. A 10, 26.

Ad: motus ad usum expeditus, quod ad usum attinet G iv, 25. *ad spem*, quod ad eam attinet C i, 29. *nullum tempus intermittitur ad laborem*, quo non labor fiat G v, 11, 40. *impedimento est ad pugnam*, quo minus possint pugnare G i, 25. *ad numerum* (præscriptum) G v, 20. *esse ad* (apud) *aliquem* G i, 31. ubi interpretes multa exempla collegerunt. *Legatus ad* (apud) *omnes sanctus inviolatusque* G iii, 9. *magna opinio ad* (apud) *omnes nationes* G iv, 16. *electi ad pernicitatem*, propter eam, ratione ejus habita C iii, 84. *ad hunc modum locuti sunt* G ii, 31. *ad*, vocabulis numerorum junctum, est *circiter* G i, 5. *numero ad duodecim*. Sed pluribus modis variatur syntaxis: nam G i, 15. legitur, *equitatus ad numerum quatuor millium:* rursus G ii, 33. est, *occisis ad hominum millibus quatuor*, quocum Cellarius contulit e Sueton. Jul. c. 20. hæc verba, *ad viginti millibus civium divisit*. Rursus de B. G. iii, 53. *ad duorum millium numero cecideruntur*. vid. intt. ad h. l. In tanta varietate, quæ sermoni vitæ communis debetur, nihil temere corrigendum, et ad certas regulas revocandum est.

Adæquare G vi, 12. verbum neutrum.

Adaquare C i, 66. et *adaquari* G viii, 41. pro simpl. aquare.

Addicere bona in publicum, ærario addicere C ii, 18.

Adducere se in consuetudinem, adsuefacere se G iv, 1. Sed G iii, 14. *adducere* est ad se trahere, rem versus pectus incurvare, ut qui nervum arcus adducunt.

Adequitare ad locum G i, 46.

Adhibere aliquem, ut testis sit G i, 20. *adhibitis omnibus*, cum omnibus G iv, 13.

Adigere telum aliquo C iii, 51, 56. *adigere aliquem* (ad) *jusjurandum*, postulare ut juret C i, 76. ii, 18. Hac in formula loquendi omittitur fere τὸ ad. *fistuca* adigere G iv, 17.

adjicere telum in littus G iv, 23. Cf. ii, 21. iii, 13, 14. in his locis est, jacere usque ad certum terminum. *adjicere aggerem ad munitiones hostium*, eum facere prope castra G v, 9.

Adire in jus, ad magistratum C i, 87.

Aditus sermonis, occasio et venia adeundi alterum et cum eo colloquendi G v, 41. *aditus ad conandum*, occasio C i, 31. *aditum non habere ad aliquem*, nullis meritis esse, ob quæ precari sustineas G i, 43. *aditus commendationis ad aliquem*, venia adeundi, seque alteri commendandi C i, 74.

Adjuvare: hoc adjuvat ad illud G v, 1.

Adlegere G vi, 13.

Admaturare G vii, 54.

Administrare naves, gubernando, remigando G iv, 29. C iii, 14. A 21. *administrare classem* C iii, 18. *administrare imperia omnia*, omnia jubere et constituere G ii, 22. *adm. cædem*, patrare H 36.

Administratio portus tribuitur ei, qui portu utitur ut vult C i, 25.

Admittere equum, ei frena dare C ii, 34. *admissus equus*, concitatus G i, 22. Af. 63.

Admodum ante numerorum vocabula est *circiter* G v, 40.

Adoriri, adgredi G i, 40. ii, 11. Est surgere, ut alterum invadas.

Adquiescere alicui Af. 10.

Adsciscere sibi socios G i, 5.

Adservare portam, custodire C i, 21. Hinc ibidem, *exitus occultos adservare*, observare, ne iis locus detur.

Adspernari pass. Af. 93.

Adversus collis G ii, 8. *adversum os*, conversum ad hostes G v, 35. *adversi vulnerantur*, os et pectus vulnerantur A 30. *adversa nox*, inimica, contraria inceptis G iv, 28.

Advertere, animadvertere C i, 81. A 30. *advertere animum* (ad) *aliquid* G i, 24. Cf. *Animus*.

Adytum definitur C iii, 105.

Æqualiter declivis G ii, 18.

Æraria sectura G iii, 21.

Ærarium sanctius C i, 14. pecunia, in eo reposita, ad ultimos casus servabatur. Liv. xxvii, 10.

Æs, ejus usus in fabricandis navibus G iv, 31. *ærata navis*, quæ rostrum æratum habet, aut æreis clavis compacta, omninoque ære munita, fortasse etiam laminis æreis tecta est, ut hodie nonnunquam cupro teguntur et muniuntur C ii, 3. Veget. de re milit. v, 4. *utilius confinguntur* (navigia Liburna) *clavis æreis, quam ferreis.*

Æstiva (castra) opponuntur *hybernis* G viii, 6, 46.
Æstuarium G ii, 28. iii, 9.
Æstus, fluxus et refluxus maris G iv, 29. v, 1. fluxus maris G iv, 23. *æstus insulas efficere solet* G vi, 31. *æstus* (fluxus maris) *ex alto* (mari) *se incitat*, irruit cum vi G iii, 12. *æstus minuit* (se) ibid. Cf. *Decessus*.
Affici difficultate G vii, 6, 17. cum, ut est G vii, 10. res difficultatem consilii capiendi adfert.
Affirmatio, certissima promissio G vii, 30.
Afflictare: tempestas afflictat (vexat) *naves* G iv, 29. *afflictari*, velut hærentem teneri G iii, 12.
Afflictus, prostratus G vi, 27. *afflictæ naves*, collisæ et diffractæ G v, 10.
Affligere, vexare, vastare, aut potius evertere, humi prosternere G iv, 35. *affligere arborem*, humi prosternere G vi, 27.
Africus, ventus, inter occidentem et meridiem spirans G v, 8.
Ager Helveticus, quicquid terrarum est Helveticæ ditionis G i, 2.
Agere cuniculos G iii, 21. viii, 41. *agere aggerem* A 73. H 7. *vineas* G ii, 12. H 7. *agere copias*, ducere G viii, 7. Af. 26. Virg. Æn. v, 833. *agere bellum*, gerere G iii, 28. *agere sublicas*, adigere G iv, 17. Cf. *Fistuca*. *Illo auctore et agente*, dicitur de eo, qui interpres duorum et sequester est C i, 26. *agere*, cogitare, de bello C i, 26.
Agger, terra egesta, quæ una cum fossa castra cingit munimenti causa G iii, 5. Sed et alius agger est qui *jacitur* G ii, 12. aut *exstruitur* G ii, 30. aut *instruitur* G viii, 41. cum terra egeritur et accumulatur, ut in ea ponantur promoveanturque machinæ oppugnandarum urbium, ut G ii, 30. *aggere exstructo turris constituitur*. Cf. iii, 21. C ii, 1. *aggerem ferre, petere, comportare, conferre*, i. e. lapides, palos, cespites conferre, unde agger fit: nam terra egesta habet ligna infixa, ut densetur G iii, 25. C i, 42. A 73. *aggere vestire*, terra accumulata obruere G vii, 23. *aggere* (congesta terra) *paludem explere* G vii, 58, 85, 86. C i, 40. *aggerem* (terram congestam) *injicere trabibus*, ut pons fiat A 29. Cf. *adjicere*. *Aggerem agere* vid. ad A 73. H 7.
Aggregare se aliis, socium et comitem se adjungere G iv, 26. *aggr. se ad alicujus amicitiam* G vi, 12.
Agitare rem; de ea cogitare, deliberare, colloqui G vii, 2.
Agmen, exercitus iter faciens: unde *in agmine dimicare*, in itinere A 43. *agmine impediti*, qui, quoniam agmine incedunt, non expediti sunt ad prælium G iii, 24. vii, 66 *agmen quadratum* vid. G viii, 8. *longissimum*, opponitur conferto G v, 30. Cf. cap. 33. *longitudo agminis. novissimum*, extremum G i, 15.
Alarii, pedites et equites sociorum, qui in alis pugnant G i, 51. ubi a militibus legionariis, i. e. Romanis, distinguuntur alarii s. socii. *alariæ cohortes* C i, 73. ubi cohortes (pedites alariæ) a cohortibus Romanis s. legionariis distinguuntur. Similiter C i, 83. ii, 18. Omnes. viri docti laudant et probant, quæ de alis in exercitu Romano disputavit Schelius ad Hygin. de castrametat. p. 66. et Lipsius de milit. ii, 7. Add. Drakenborch. ad Liv. x, 40. Confectum est equites alarios esse equites sociorum, cohortes alarias vero pedites sociorum. Cf. Gesn. Thes.
Alere aliquem, ei alimenta curare, agrum ejus causa colere G iv, 1, *alere civitatem*, humaniter sustentare et adjuvare G vii, 33.
Alienata mens tribuitur ei, qui mentis non est compos G vi, 41.
Alienus (non opportunus) *locus* G i, 15.
Alius: unus, alius, tertius G i, 1. Interdum omittitur *alius* in alterutro commate, ubi bis ponendum erat G i, 8.
Altitudo parva fluvii G i, 8.
Aluta, pellis bestiarum, arte tractata, ut mollior et tenuior fiat G iii, 13. Hinc corii tenuioris genus est.
Ambactus G vi, 15.
Ambulatoria turris A 2. Impositæ fuerunt rotis, quarum ope promoveri e loco in locum poterant. Descripsit Vegetius de re mil. iv, 17. Lipsius Poliorc. i, 4. ii, 4.
Amentum tragulæ, lorum, tragulæ affixum, cujus ope tragula vehe-

mentius vibrata longius mittitur, et altius infigitur corpori G v, 48.

Amittere superiorem locum, dejici monte, eum non obtinere posse G viii, 13.

Amplitudo cornuum G vi, 28.

Amplius (plus) *obsidum* G vi, 9.

Amplus genere et copiis G vi, 15. *amplum convivium* G vi, 28. *amplior ordo*, una e primis legionis centuriis C i, 77. *amplæ copiæ*, exercitus magnus G v, 19. *ampla munera* G i, 43.

Anceps prælium, cum et a fronte et a tergo hostis instat G vii, 76. Alibi est grave, periculosum, de cujus exitu diu dubitatur.

Anchora: in anchoris expectare G iv, 23. *in anchoris commorari* Af. 63. *ad anchoram consistere* C iii, 103. *regio habet locos egregios ad tenendas anchoras* A 9.

Anguste pabulari, exiguo circuitu C i, 59. *anguste uti frumento*, penuria laborare C iii, 16. *naves anguste transportant multos*, vix capiunt illam multitudinem, justo plures in una nave densandi sunt C iii, 2: unde *angustius milites collocare*, plures in eadem navi, quam pro capacitate navis G v, 23. *angustius provenerat frumentum*, parcius G v, 24.

Angusti montes: vid. ad G iv, 23. *angusta castra*, exiguo ambitu G iv, 30. *angusta aquatio*, cum non multum aquæ reperiunt aquantes Af. 51.

Animum advertere aliquid videtur Cæsar maluisse, quam animadvertere G i, 24. iv, 12. Græv. ad Cic. offic. ii, 19. Negat Bentleius, ita dici posse, ad Cic. Tusc. v, 23. Sed satis defenderunt interpretes Cæsaris, et tot locos corruptos existimare velle, nimium fuerit. Quidni ea ellipsis usitata fuisse dicatur, *animum advertere* (ad) *aliquid?* aut cur non *animum advertere ad aliquid* mutatum videatur in *animum advertere aliquid?*

Animus: animi (delectandi) *causa* G v, 12. Cf. *Relinquere*.

Annotina navis, superiore anno structa G v, 8.

Antecessores, in re militari, pars exercitus præmissa, ad curanda et prospicienda, quæ secuturo exercitui necessaria sunt Af. 12. Turneb. Advers. xxiv, 16.

Antecursores exercitus C i, 16. iii, 36. sunt iidem, qui *antecessores*.

Antenna, lignum transversum, per malum navis transjectum, ut funes et vela ex eo nectantur G iii, 14. A 45.

Antesignani C iii, 75, 84. qui in cohorte ante signa locati. Distinguuntur a *prosignanis*, qui in secunda acie stabant. V. Frontinus strat. ii, 3, 17. Cf. Guischard Mém. crit. p. 108.

Apertum corpus nudum G iv, 1. *apertus humerus* scuto non tectus C ii, 35. *aperta navis* A 11, 13. oppon. *constratæ* aut *tectæ*. *apertum castrorum latus*, ubi nulli sunt defensores G ii, 23. *apertus locus*, non sylvosus G i, 41. ii, 18. vii, 18. *apertus campus*, planicies G iii, 26. *apertum et planum littus* G iv, 23. v, 9. *apertum latus*, nullo monte aut munimento tectum G iv, 25. *apertum mare* G iii, 8, 9, 12. *apertus cuniculus* G vii, 22.

Appellare, in jure C iii, 20. *appellare et cohortari*, appellando cohortari G v, 33.

Appetere: appetit dies, G vi, 35. *lux*, G vii, 82. appropinquat.

Applicare se ad arborem, reclinare G vi, 27. Hinc *applicare navem loco*, appellere A 17. et *applicata ad terram navis* C iii, 101.

Apprehendere locum, eum sibi vindicare, occupare C iii, 112.

Aqua, mensura ex aqua G v, 13.

Aquatio G iv, 11. *aquator* H 21.

Aquari C i, 68, 73, 78. H 37.

Aratores Af. 20, 36.

Arcano adverb. C i, 19. Sic ibi in codd. scribitur.

Arcessire G i, 31. v, 11. ubi *arcessiri*, ut apud Colum. ix, 8. *lacessiri*.

Ardet animus ad ulciscendum G vi, 34.

Argilla fusilis G v, 43.

Aridum, terra continens G iv, 29.

Aries, trabs, ferro præfixa, qua muros quassant G ii, 32.

Arma navis G iii, 14. sive *armamenta* G iv, 29. quicquid ad eam instruendam pertinet. Similiter *armare naves*, adparare, instruere necessariis rebus G iii, 13. v, 1. C i, 36. et *armare elephantum* Af. 41.

Arta sylva, arboribus densissima G vii, 18.

Artificium opponitur virtuti C i, 58. Af. 14.
Arx, rudiore structura sic instituta fuit, ut aliquis mons muro cingeretur. Ea ergo fuit arx G i, 38.
Asseres, tigna tenuiora, quam trabes esse solent, ut si trabes dissectæ essent in tigna tenuiora. Utcumque verti poterit *starke Stangen, des perches épaisses* C ii, 2. A 13. Cf. Liv. 38, 5. *asseres falcati*. cf. Tacit. H iv, 30. ubi *asseres* et *trabes*.
At refertur ad *si*, et est *tamen, saltem* G i, 43.
Atque : est hoc loco ædificium non dissimile atque altero, non aliter atque altero loco structum, non dissimile his, quæ sunt in altero loco A 18. *utitur veste eadem, atque alter* Af. 57. Cf. *Par. Atque* pro *statim*, ex mente Marklandi C i, 24. ii, 42. cf. not. ad Af. 38. pro *at, vero* G iv, 25. C ii, 29.
Attingere locum, ei finitimum esse G iv, 3.
Attributus. Cf. *Præfecti equ.*
Auctior G i, 43.
Auctor cædis, cujus suasu, hortatu, opera, cædes fit G v, 25.
Auctoritas, cohortatio ejus, qui persuadet G i, 3. exemplum G iii, 8.
Aucupari, expectare et observare, donec fiat Af. 58.
Audacter, sine metu G i, 18.
Auditio, sermo, rumor G iv, 5. vii, 42.
Aversus, fugiens G i, 26. ii, 26. *aversi vulnerantur*, a tergo A 30.
Avertere flumen fossis C i, 61. *avertere iter ab hoste*, cum non diutius insequi G i, 23. *avertere iter ab loco*, contendere aliorsum G i, 16.
Auxiliarius G viii, 5.
Auxilium hortandi deest, deest aliquid, quod cohortationi vim addat, eam efficacem reddat A 10.
Axis vel *assis* C ii, 9.

B

Balista, machina bellica, qua trabes, et asseres, et lapides, omninoque tela maxima, summa vi mittuntur. Veget. de re mil. iv, 22. C ii, 2. ut Tac. A. ii, 20. missæ e tormentis hastæ. H 13.
Basilica, publicum ædificium, magnifice exstructum, præsertim columnis s. porticibus exornatum, in quo, præter alia, judicia habentur A 52.
Belle: minus belle habet, de ægroto H 32.
Bellum agere G iii, 28. *bellum facere* G iii, 29. vii, 2.
Bene magnus H i, 4. et sæpissime in hoc libro.
Beneficiarii milites, qui beneficio ducis vacationem a duriore militiæ labore habent C i, 75. iii, 88. Est ergo genus honestioris militiæ. Vegetius de re m. ii, 7. cum eos dixisset inde appellatos, quod beneficio tribunorum promoverentur (ad altiorem locum), refert eos inter milites, qui privilegiis muniri solent. Cf. Lips. de milit. Rom. v, 6. Guischard Mémoires crit. et histor. T. ii. p. 190.
Berones A 53. Sed lectio dubia est.
Bipedalis trabs G iv, 17.
Bonitas agrorum G i, 28.
Bonum, dos A 12.
Brachium est genus munitionis, v. c. aggeris, fossæ, ut plurimum reliquæ munitioni superadditum, ita conjungens duos locos, ut ab uno procurrat transversim ad alterum A 30. Af. 38. (qui locus omnino videndus,) 49, 51. H 5, 6, 13. Dicitur brachium *duci*. V. Lipsius Poliorc. ii, 2. Drakenborch. ad Liv. xxii, 52.
Brevitas, parva corporis statura G ii, 30. Ex hoc loco verbum repetiit Vegetius de r. m. i, 1.

C

Cadit, accidit, evenit A 11.
Cæcum vallum, sudes et stipites, ante fossam defixi, iidemque terra obtecti, ne cerni possint C i, 28. Cf. c. 27. *cæcus stilus*, occultus Af. 31. Ergo in talibus *cæcum* est, quod cerni non potest, metonymice.
Cælatum opus, H 25. constat figuris sculptis, quæ alicui rei, ut h. l. scuto, illigantur s. affiguntur. Est vero etiam omnino opus, quod figuras insculptas habet.
Cæruleus color G v, 14.
Calones G vi, 36. dicuntur c. 37. *mercatores*. Cf. C i, 52.
Capere locum G v, 8. et *portum* G iv, 36. in eum venire. Sed *ca-*

pere locum G iii, 23. eligere. *ceperat opinionem*, consecuta erat G viii, 8. *capere damnum de re aliqua* G viii, 30.

Caprea G vi, 27.

Capreolus C ii, 10.

Captus subst. G iv, 3. *ut est captus Germanorum*, ut pro ipsorum natura, indole, institutis, fieri potest et solet, ut inter eos locum habet.

Caput fluminis, ostium G iv, 10. *fontis*, origo, initium G viii, 41. *tigni*, extremitas C ii, 9. *capita*, ipsi homines G i, 29.

Carina, infima trabs navis, fundus G iii, 13. C i, 54.

Carpere agmen, insectando minuere, passim interficere et capere C i, 63, 68. cf. c. 64. ubi idem agmen *prælio premi* dicitur, et c. 78. *carpere et impedire*.

Carrus G i, 3. iv, 14. vi, 24. aut *carrum* H 6. est vehiculum Gallorum et Germanorum.

Casa G v, 43.

Castellani, præsidium castelli A 42.

Castellum. vid. ad G vii, 69. C iii, 43.

Castigare, gravius reprehendere C i, 3. iii, 57.

Castra, hyberna G iii, 3. *castra navalia*, in quibus et tentoria sunt, et naves subductæ, uno vallo comprehensæ G v, 22. cf. v, 11. *quintis castris eo pervenit*, quinto die, cum quinquies milites sub tentoriis noctu fuissent G vii, 36. vid. Ciacconius ad h. l. *castra stativa*, in quibus aliquamdiu morantur C iii, 30, 37. Af. 26. Cf. Lips. de mil. Rom. G v, 1. *castra* sensu latissimo Af. 38.

Casus, *casu magno accidit*, pro quo paulo post legitur, *magnæ fuit fortunæ* G vi, 30. Cf. ibid. c. 35. C ii, 5.

Catapulta, machina bellica, unde lapides torquentur Af. 31. C ii, 9. Cf. Vitruv. x, 15 sqq.

Catascopus, κατάσκοπος, vid. ad Af. 26.

Causa: in eadem causa (conditione) *fuerunt* G iv, 4. Omittitur post genitivos, ut cum dicitur, *destruendi operis causa* A 17, 5, 8. vid. Oudendorp. ad G iv, 1. Sic et Græci omittunt ἕνεκα. Cf. C i, 82. A 65.

Causula parvula Af. 54.

Celeberrimus locus, hominibus abundans A 2.

Census, quo hominum numerus initur G i, 29.

Cento, vilior pannus, quo quid tegitur C ii, 9, 10. C iii, 44.

Cerimonia gravis G vii, 2.

Certus ventus, ex eadem plaga spirans, qui non mutatur in horas Af. 2.

Cervices, numero plurali pro singulari, ut antiquissimi plerumque usurparunt H 20.

Cervus in re militari G vii, 72.

Cetratus C i, 39, 48. qui gestat cetram, h. e. scutum loreum, idque levius. Serv. ad Virg. Æn vii, 732.

Chara, radix quædam C iii, 48. Sed lectio est incerta.

Cibaria molita, farina G i, 5. In Gr. metaphrasi ἄλφιτα. Contra Liv. xxi, 49. *cib. cocta*.

Cippus G vii, 43. Pr. est truncus erectus, deinde columella, lapis erectus, in sepulcris, terminis agrorum.

Circinus, instrumentum, quo circulus describitur G i, 38.

Circiter, adverbium G ii, 32. Af. 89.

Circulari dicuntur, qui consistunt in circulis colloquendi causa C i, 64. Cic. Brut. c. 54.

Circumcidere cespitem ferramentis G v, 42. *circumcisus collis*, ἀπότομος, steil G vii, 36.

Circumcludere argento G vi, 28.

Circumdata palude sylva G viii, 7. Sic et alias *circumdare*, ut *oppido munitiones* G viii, 34. *multitudinem* Af. 74.

Circumjicere milites mœnibus G ii, 5.

Circumiri, passive G iii, 25. C iii, 94. Af. 14, 83.

Circummunire G ii, 30. *circummunitio* C i, 19.

Circumscribere aliquem, coërcere, ne suo jure, suaque libertate possit uti C i, 32.

Circumspicere se, respicere ad se, prospicere sibi Af. 47.

Circumvenire urbem vallo, cingere C i, 18. Sic h. l. codd.

Citatus, celer G iv, 10. *citatim*, celeri itinere Af. 80.

Civitas, *der Staat*, *l'Etat* G i, 2. nam civitates Gallicæ in pagos sunt divisæ, pagi continent oppida. Sic et *civitas Arvernorum* G vii, 4 etc.

Clam aliquem, H 3, et sæpe alibi.

Classem facere, parare G iv, 21.

Classiarii, milites in classe A 20

Classicum in re militari est signum, quod tuba datur aut cornu, non semper prælii committendi, sed et aliorum negotiorum. Ubi autem datur, ibi necesse est imperatorem præsentem esse: est enim signum imperii C iii, 82. Veget. de re mil. ii, 22.
Claudere: acies clauditur oppido, finitur prope muros, non potest ulterius extendi, tegiturque muro Af. 59. Veget. de r. m. iii, 6. *impedimenta a lateribus claudere* (tegere) *manu armatorum.*
Clementer jus dicere, levissime C iii, 20. *clementia*, lenitas punientis G ii, 14.
Cliens. Cum multi homines in Gallia clientes unius dicuntur, sunt iidem, qui alio nomine ambacti, et soldurii appellantur G vi, 15. Atque hos etiam G vi, 19. puto intelligi. Sed cum integræ gentes dicuntur alterius gentis clientes, intelligendi sunt socii, et qui sub alterius gentis imperio sunt G v, 39. qui in ejus fide sunt G vi, 4. se ad amicitiam ejus aggregarunt G vi, 12. Cf. invicem G i, 31, et vi, 12. ubi eadem res describitur. Hinc *clientelæ* Æduorum G vi, 12. sunt socii eorum.
Coactu alicujus aliquid facere G v, 27.
Coactum (opus), e lana aut potius pilis, arte densatis, τὸ πιλητὸν C iii, 44. (*Matratzen von Haaren.*)
Coagmentum lapidum C iii, 105.
Cogere, congregare G ii, 5. *naves* G iii, 9. *milites* G i, 5. quod G i, 4. est *conducere.*
Cognitus virtute G i, 28.
Cognoscere iter, de exploratoribus G i, 21. *controversias* de proconsulis jurisdictione G viii, 46.
Cohors Prætoria, quam veluti suam sibi delegit Prætor, i. e. summus dux, ut proxima ei sit G i, 40. Res exemplo illustratur G i, 42. Cf. Liv. ii, 20. *Dictator cohorti suæ quam delectam manum præsidii causa circa se habebat, dat signum. Cohors legionaria*, quæ peditibus constat G iii, 11.
Collatio, comparatio G viii, 8.
Collatus (armorum), ipsa pugna H 31.
Collocare alicui mulierem G i, 18. *nuptum collocare* ibid. *Rem colloc.* G iii, 1. vid. not.
Colonicæ cohortes: vid. ad C ii, 19. cf. H 7.
Colonus C i, 34. Est homo liber, cui dominus fundi aliquam sui fundi partem colendam mercede elocat. Cf. G i, 56. ubi coloni pastoresque dicuntur conjunctim, etsi pastores sunt servi. cf. c. 57.
Columnarium C iii, 32.
Comitatus, eine Caravane, C i, 48, 51, 54. Sic verti potest ἡ συνοδία in evang. Luc. ii, 44.
Comitialis dies C i, 5.
Commeare, ire et redire G vii, 36. de mercatoribus G i, 1.
Commeatus, significat interdum omnes eos, qui una meant, commeant, aut qui una navibus transportantur (ein Transport) G v, 23. A 25. Af. 8. ubi *secundus commeatus* dicitur, Af. 31, 34, 37, 44. *commeatus datus*, venia absentiæ Af. 77.
Comminari Af. 71.
Comminus s. *cominus*, e propinquo G i, 52. Veget. de r. m. iii, 23. explicat, *manu ad manum.*
Commirari Af. 35.
Commode pugnare, sine impedimento G i, 25.
Communis lex G v, 56.
Comparatio pugnæ, apparatus, præparatio Af. 35. Liv. i, 36. Sic *fugam comparare*, apparare G iv, 18.
Compendium, lucrum G vii, 43. C iii, 32.
Complecti locum (opere), circummunire G vii, 72. C iii, 112. *complexus loca præmunit*, ambitum, s. spatium, in quo sunt illa loca, munit. Sic *complecti colles* Af. 14.
Complere: his rebus completis, perfectis C iii, 46.
Complexus: in complexum alicujus venire C iii, 8. vid. not.
Complures, multi G i, 18. ii, 17. iv, 4. Sic differt a verbo *plures.*
Compositio controversiarum C i, 26, 32. C iii, 15, 17.
Comprehendere ignem, de stramine G v, 43. *comprehendere aliquem*, ejus manum prehendere rogandi causa G v, 31.
Comprimere lacrymas alicujus, consolando A 24.
Conata, orum G i, 3.
Concedere factum beneficiis, veniam facti dare propter beneficia A 68.
Concertare, certare G vi, 5.
Concessu alicujus G vii, 20.

Concidere animis, animum abjicere, minus spei habere G viii, 19.
Concidere, occidere G i, 12. ii, 11. *via concisa*, passim impedita G iii, 9.
Conciliare aliquem alicui (favorem alicujus) G v, 4. *conciliari alicui* G viii, 52.
Concilium, conventus G i, 18, 30.
Concionari cum aliquo, apud aliquem G vii, 47.
Concipere (animo), capere, discere Af. 63. *flammam* C ii, 14.
Concitatio, irritatio ad tumultus C iii, 106.
Concitator multitudinis G viii, 21. *concitator belli* G viii, 38.
Conclamare, clamare, de uno G i, 47. ubi interpretes plura exempla collegerunt. *conclamare ad arma* (capienda) C i, 69. *conclamare* (ad) *vasa* (colligenda), clamare et strepitum facere vasorum colligendorum causa C i, 66. iii, 37, 75. *conclamare victoriam* G v, 37.
Conclusio, obsidio C ii, 22.
Conclusum mare, non late patens, angustum, ut fretum G iii, 9. cf. ibid. c. 8.
Concrepare armis G vii, 21. Mos Gallicus, cum armis collidendis s. complodendis strepitum cient, ut hostibus terrorem injiciant.
Concubinus H 33.
Concurrere contra aliquem Af. 6.
Concursus navium, quæ procella colliduntur G v, 10.
Condensus, densus Af. 50.
Conditio servitutis, vitæ ratio, qua quis est servus G iii, 10. ut *conditio juris et libertatis*, vitæ ratio externa, quæ constat jure et libertate G i, 28. *bona conditione* (*unter vortheilhaften Umständen*,) *confligere* C i, 85. *pari conditione*, eodem consilio H 5.
Condocefacere tirones Af. 71. *bestias* Af. 27. abrichten.
Condocere, consuefacere Af. 19.
Condonare, donare G viii, 4. *cond. injuriam precibus*, quia alter precatus est, veniam dare G i, 20. *cond. injur. fratri*, veniam dare propter fratrem. ibid.
Conducere homines, congregare, *συνάγειν* G ii, 1, 2. Cf. i, 4.
Conferre timorem in simulationem G i, 40. vid. not. *conf. aliquid in tempus longius*, differre ibid. Nimirum is *confert aliquid in tempus aliud*, qui decernit rem alio tempore facere. *Conferre castra oppido*, juxta oppidum ponere A 37. quod ibid. c. 37. est, *conjuncta mœnibus castra ponere*. Sic *castra castris conferre*, propinqua e regione ponere G viii, 9. C iii, 79. et omnino A 61, bis, 68. H 20, 23.
Conferta (densa) *acies* G i, 21.
Conficere numerum millitum G ii, 4. *conficere obsides*, numerum obsidum G viii, 23. *conficere* (consignare), *tabulas literis Græcis* G i, 29. *confecta vigilia*, finita G vii, 3. *confectus dies*, finitus Af. 83. *sidus confectum*, vid. ad Af. 47. *confectus ætate*, debilitatus G vii, 57.
Confidere sibi in aliqua re Af. 19. si lectio certa est.
Confieri, fieri G vii, 58.
Configere clavis G iii, 13. *configere turrim*, construere, componere fabricando A 2.
Confirmare, persuadere G i, 3. *confirmare se*, firmiter sibi proponere G ii, 19. *confirmare animos verbis*, consolari, ut adquiescant G i, 33. *confirmare aliquem libertati*, ei concedere, ut fruatur libertate, si lectio vera est, C i, 14. *confirmare se auxiliis*, sibi robur addere C i, 29. *confirmatis rebus*, constitutis, confectis G vi, 6.
Conflatum bellum, subinde ortum G viii, 6. A 1.
Confluens Mosæ et Rheni G iv, 15. locus ubi confluunt.
Confugere in fidem alicujus H 1.
Congredi aliquo C i, 40.
Conjicere homines in locum, eo ducere, ut ibi tuti sint et abditi G ii, 16. cf. ad G viii, 5. Sic G vi, 40. *conjici in manipulos*, recipere se eo, ut sint tuti. Sed G iii, 24. simpliciter est, collocare aliquo loco, locum iis adsignare. *Conjici in noctem* dicitur is, quem post diuturnum itineris errorem nox tandem opprimit C iii, 28. *conjectum in noctem prælium*, eo usque tractum Af. 52.
Conjungere noctem diei, de eo, qui diu noctuque sine intermissione iter facit C iii, 13. *regio oceano conjuncta*, finitima, contermina G viii, 46.
Conjurare de militibus G vii, 1.
Conligata scuta, quæ cohærent, quia

plura uno pilo transfixa sunt G i, 25.

Conquisitor militum A 2.

Consanguinei populi, quorum alter ab altero in coloniam missus est, aut qui mutuum habent connubii jus G i, 11. ii, 3.

Conscendere in naves G v, 7.

Conscius mei, qui mecum eamdem rem novit, consiliorum particeps C iii, 108.

Consequi, præeuntes sequi, ut accedas ad eos G i, 13. *cons. naves*, ad eas venire, eas assequi A 20.

Considere dicitur exercitus, ubi castra ponit G i, 48. iii, 17. v, 9.

Consiliari, consultare C i, 19, 73. Sic in codd. omnibus scribitur priore in loco, in posteriore quidam habent *consultare*.

Consilium incunt rebellare (rebellandi) G viii, 44. *consilium capit profugere* G vii, 26. *consilium capit dimittere* G vii, 71. *consilium*, cœtus deliberantium G iii, 3, 23. v, 28, 31. it. G i, 40. ubi militare consilium s. Prætorium intelligitur. In his locis plerumque est var. lect. *concilium;* sed hoc significat quemlibet cœtum; *consilium* vero est multitudo deliberantium. *Consilio publico*, totius civitatis consensu G v, 1.

Consimilis, similis G ii, 11. v, 12

Consistere aliquo loco, ibi morari, ut peregrinum G vii, 3. *consistere in re*, perseverare, perstare in sententia de hac re G v, 36. *in opere* Af. 31. *in misericordia* C i, 85.

Conspirati, coartati C iii, 46.

Constanter nuntiant, qui omnes magno cum consensu nuntiant G ii, 2. Hinc *constat inter omnes*, omnes idem dicunt G vii, 44.

Consternere paludem ponte G viii, 14. *pontes consternuntur* trabes imponuntur in modum pontis G viii, 9.

Constituere diem cum aliquo G i, 8. *constituere oppidum*, efficere, ut meliore sit, quam antea, conditione C i, 15. *turres* G ii, 12.

Constrata navis C ii, 23. iii, 7. A 11. Cf. *Tectus*.

Consuesco, Perfectum *consuevi* (sc. me) est, soleo G i, 14, 43. v, 7.

Contabulatio, tabulati exstructio, s. tabularum collocatio super tignis transversis C ii, 9. Synon. est *contignatio*. Ergo *contabulare turres* G v, 40. Liv. xxiv, 34. est facere, ut sint in turribus summis contabulationes s. tabulata (*Böden, des planches de différens étages*) in quibus milites, pugnantes e turri, consistunt. Fortassis etiam *contabulare turres* interdum est id, quod G viii, 9. legitur, *pontibus transjectis constratisque conjungere turres*. Alibi, G vii, 22. *murum turribus contabulare*, videtur significare, murum turribus contabulatis cingere.

Contegere scaphas cratibus et pluteis C iii, 24. *contegere naves*, quo consilio fiat, traditur C ii, 4. Cf. *Tectus*. *contegere arma* C ii, 14. Cf. B. G ii, 21.

Contendo ire in locum G i, 23. *contendo aliquid*, efficere volo G iv, 17.

Contestari Deos G iv, 25.

Contexere tigna G iv, 17.

Continenter, sine intermissione G i, 26. iii, 5.

Continens. Ita simpliciter appellat Cæsar Galliam, cum in Britannia est, eamque Britanniæ opponit. vid. ad G iv, 38. et v, 20. *continens impetus*, continuus G vii, 38. *continentes sylvæ*, continuæ tractus sylvarum G iii, 28. sic et *continentes paludes* G vi, 31. *continens flamma*, quæ non intermittit G viii, 15. *collis continens ripæ* C i, 54. citra omnem dubitationem significat, cohærens cum ripa, ideoque contiguus, vicinus. *continentes dies*, sequentes deinceps G iii, 84.

Continere, coërcere G viii, 2, 46. *contineri*, includi G i, 2. C ii, 23. *Gallia continetur flumine Oc. Belg.*, hi sunt termini, intra quos est, quibus includitur G i, 1. *Vicus continetur* (includitur, cingitur) *montibus* G iii, 1. *Mare continetur montibus*, montes sunt ad mare circumcirca G iv, 23. *Pons continet oppidum*, tangit oppidum, ei vicinus est G vii, 11. Maluit tamen Oudendorpius h. l. *contingebat*, et Ruhnkenius ad Vell. Paterc. p. 12. significationem Latinis inauditam dicit, si quis *continere* interpretetur *contingere*. *Mons continet spatium*, occupat, in eo est G i, 38. *Agger non potet contineri altiore aqua*, durare non potest, cum altior aqua est C i, 25.

sed vid. notas.

Continuatio imbrium G iii, 29.

Contra atque, secus ac G iv, 13. C iii, 12. *contra*, e regione G iii, 9. vii, 62. *contra hostem consistere* G ii, 17. *portas contra aliquem claudere* H 27.

Contrahere castra, facere angusta, minoris ambitus G v, 49. vii, 40. cf. *angustus*.

Contraria alicui civitas, hostilis H 1.

Contributa civitas cum alia civitate, ei attributa, cum ea conjuncta sic, ut ab ea, ut majore, pendeat (*dazugeschlagen*) C i, 60.

Contubernium C iii, 76.

Contumelia, quam navis perfert G iii, 13. i. e. vis, quam infert tempestas, scopulus, hostis. Similiter dicitur injuria s. inclementia tempestatis.

Convalescere, vires capere, de hoste debilitato Af. 25.

Convenæ, colluvies hominum A 24. σύγκλυδες.

Conventus (G i, 54. v, 1. et alibi) sunt conventus hominum provincialium in certas urbes, quæ et ipsæ *conventus* dicuntur (G viii, 46), et e primariis provinciæ urbibus sunt, ut coram Proconsule, per provinciam jurisdictionis causa iter faciente, et in certis illis urbibus jus dicente, in foro compareant. *tenir les assises, assembler les états.* Cum autem non oppida dicuntur conventus, sed conventus oppidorum quorumcumque provincialium, tum sunt cives Romani, qui, præter indigenas, s. inquilinos, aliqua de causa in oppidum convenerunt, ut ibi habitent, negotientur, ibique commorentur. Sic *conventus Uticensis* Af. 68. C. ii, 19. it. Af. 97 et 90. ubi incolæ Uticenses distinguuntur a Romanis negotiatoribus. *Conventus portas claudit* C ii, 19. cf. c. 21, ubi cives Romani hoc fecisse dicuntur. Similiter vii, 55. C i, 14. iii, 9, 21, 29, 32, 40. A 57, 58. Cf. Gronov. Observ. G iii, 22.

Convertere iter, aliorsum ire G i, 23. Hinc *convertere signa*, aliorsum ferre, G i, 25. et *signa conversa in hostes inferre*, G ii, 26. *conversus ad hostem*, versus hostem G iii, 29. *conversa mens*, mutata G i, 41. convertere castra castris C i, 81.

Convicium, clamores C i, 2.

Concincere, avaritia convincitur, aliquis conv. avaritiæ G i, 40.

Convulnerare, vulnerare Af. 6, 7. et sæpe in libris de B. Af. et H.

Copia, multitudo hominum G i, 48. Af. 10. ubi *copia parva* dicitur. *copia expedita* Af. 80. *copia pedestris* Af. 10, 38. H 6. vid. Davis. ad C i, 45. et Victor. ad Cic. ad Att. ep. viii, 12.

Copiæ, facultates, commeatus, frumentum, alimenta G i, 31. ii, 10. iv, 4. Af. 36. Sic et Tac. Ann. i, 68. Florus iv, 2, 39.

Copiosus ad alendos homines locus, victu abundans A 42. *copiosum oppidum*, rebus omnibus abundans G i, 23.

Copulæ, vid. ad G iii, 13.

Coronæ, vid. ad G viii, 9. *corona hostium*, acies, cingens inclusos Af. 17. cf. c. 70. *corona cingere*, circumdare G vii, 72. *corona* in obsidione urbis H 13. *servi sub corona venditi*, i. e. bello capti et venditi G iii, 16: nam antiquitus bello capti coronis induti vendebantur, quo signo apparebat, hæc venalia mancipia bello capta esse. Gell. N. A. vii, 4.

Correptus convicio, graviter objurgatus C i, 2.

Corripere, capere C i, 66. comprehendere C iii, 109.

Corruptus macie, macilentus C iii, 58.

Corus ventus, e regione ea, quæ inter occidentem et septemtriones est, spirans G v, 7.

Cothon Af. 62, 63.

Crates, opus plexile e viminibus G iv, 17. v, 40. vii, 81.

Crescere per aliquem, majores opes accipere G i, 20. *crescit flumen ex nivibus* G vii, 55.

Cruciabiliter Af. 46. Cæsar solet dicere, *cum cruciatu.*

Cruciatus, supplicium cum cruciatu, cum excruciatum tormentis interficiunt G vi, 17. cf. vi, 19. Sed G i, 31. *cruc.* et *supplicium* synon. sunt.

Cultus, vitæ genus humanius G i, 31. ibidem *consuetudo victus* dicitur. Vitæ ratio, ab omni ruditate remota G i, 1.

Cunctum (universum) *regnum* Af. 91.

Cuneus, genus aciei, cum milites in formam cunei consistunt G vi, 40. viii, 14. Hinc *cuneatim consistere* G vii, 27.

Cuniculus G iii, 21. *cuniculus apertus* G vii, 22.
Cupa, dolii genus viii, 42. C ii, 11.
Cupere alicui i, 18. quod apud Cic. est, *omnia alicujus causa velle.*
Cursum tenere, in eadem via, quam institeras, manere, ab ea non demoveri G iv, 28. v, 5, 8. Oppon. *rejici.*
Custodia, de militari præsidio G ii, 29. iv, 4.

D

Dare aliquem in fugam G ii, 23. *dare* (concedere) *alicui iter per locum* G i, 8. *malum malo dat remedium*, continet remedium, fit remed. C i, 81. *datur alicui dubitatio*, est, cur aliquis dubitet G i, 14. *dare jusjurandum*, jurare G vii, 2. *dare inter se fidem et jusjurandum*, jurejurando sibi invicem promittere, conjurare G i, 3. *dare manus* (victas), cedere alteri G v, 31.
De tertia vigilia, paulo post initium ejus, magna ejus parte reliqua G i, 12, ut G ii, 7, *de media nocte*, et Horat. Epist. i, 2, 32, *de nocte.* Non omnibus tamen in locis ita intelligi potest.
Decedere alicui via G vi, 13.
Decernere, pugnare C iii, 41. Af. 14. H 41.
Decertare, certare G viii, 7.
Decessus æstus, refluxus maris, quod ultra littora effusum fuerat G iii, 13.
Decumana porta, porta castrorum, ab hostibus aversa, ceterisque major G ii, 24. iii, 25. *decumani*, decimæ legionis milites Af. 16. H 30.
Decuriones, municipiorum senatores C i, 13, 23. De his nuperrime diligenter exposuit Georg. Henr. Martini in Propemptico p. 30 sqq. *Decurio* turmæ equestris, qui ei præest, ut Centurio centuriæ, G i, 23. Af. 29. Veget. de re mil. ii, 14.
Decurrere in portum Af. 3.
Decursio, incursio hostilis in agros G viii, 24. A 42. Sæpius dicitur *incursio.*
Decutere præsidium colle Af. 50. Usitatius *dejicere.*
Dedere se, se, res suas ac vitam plane permittere arbitrio et clementiæ victoris: unde *deditio* et *dediticii:* G i, 27. et *in deditionem venire*, de qua forma loquendi egit Verheyk ad Eutrop. G ii, 2. *dedere se amicitiæ alterius* G iii, 22. quod ibidem est, *devovere.*
Deducere naves e littore in mare, *κατάγειν* G v, 2. Af. 62. cf. *subducere. deducere se e conspectu* H 18. *deduci in aliquem casum* G ii, 31. *deduci in periculum* C i, 19. *deducere rem* C iv, 62. 70. *deducere* introducere C i, 19. iii, 31. G iv, 22. vii, 68.
Deductus præmio, vid. ad G vii, 37. C i, 7.
Deesse occasioni, ea non uti, committere aliquid, quare manibus elabatur C iii, 79.
Defendere bellum, arcere, prohibere, se ab injuriis et impetu belli defendere G i, 44. vi, 23. *defendere hostem a loco*, arcere G viii, 9.
Defensores, sublicæ, veluti paries contra fluminis vim infixæ G iv, 17.
Defici a viribus C iii, 64: sic enim, cum præpositione *a*, h. l. codices. Usitatius omittitur *a.* Inde *defectus* (viribus), fatigatus C iii, 40. *res deficit alicui* G iii, 5. *deficit navis*, quæ rimas egit, ut provehi nequeat A 13.
Definire, *definit locum*, qui eum facit terminum, ultra quem non procedatur G vii, 81. H 30.
Deformata urbs incendiis A 24.
Dejectus, substant. G ii, 8, 22.
Dejectus, qui cæsus procubuit G ii, 27.
C i, 46. *dejectus spe* G i, 8. *dejectus opinione* G v, 48. *dejectus locus*, inferior, ad radices collis C i, 46. Sic et *deductus* et *demissus* dicitur.
Dejici dicitur navis, quæ deorsum fertur G iv, 28. cf. iv, 36. *infra delatæ sunt naves. dejicere præsidium*, pellere C iii, 23. *dejicere aliquem* (equo) G 4, 12.
Delegare (tribuere) *alicui causam*, conjicere culpam in eum G viii, 22. Liv. ix, 29, *delegare ministerium alicui*, ab se amoliri, et in alium transferre.
Delibratus, decorticatus G vii, 73.
Deligare (alligare) *ad ripam* G i, 53. *deligare saucios* Af. 21.
Demigrare de oppidis G iv, 19.
Deminuere de voluptate G i, 53.
Deminutio capitis C ii, 32.
Demissus locus, humilis G vii, 72. C iii,

49, ubi oppon. *editus. demissa ripa,* non alta A 29.

Demittere castra e monte in vallem G viii, 36. *demittere se animo,* abjicere animum G vii, 29. *demittere arma, das Gewehr strecken, mettre bas les armes* Af. 85.

Demonstrare, narrare, indicare G i, 11. v, 38. sexcenties est in his libris, *quod antea demonstravimus,* pro *diximus.*

Demorari iter, morari, impedire G iii, 6.

Demotus (loco), cedere coactus C ii, 32.

Denarius, tres circiter grossi nostri C i, 52.

Denique, in summa, uno verbo G vii, 61. Sic quoque G ii, 33. Tacit. Ann. i, 26, 28.

Deperdere, perdere, amittere G i, 43. iii, 28.

Deponere (detrahere) *onera jumentis* C i, 50.

Depopulare H 42. *depopulatus* pass. G i, 11.

Deprecari dominum, precando placare, veniam ab eo petere A 32. *deprecari sibi vitam* Af. 89.

Deprecator, qui nobis aliquem conciliat, pro nobis intercedit G i, 9. vi, 4.

Deprimere navem, facere, ut mergatur C i, 58. ii, 6. *deprimere fossam,* fodere, facere G viii, 9, 40. *deprimi,* obteri et proculcari C ii, 43. *vallis in altitudinem depressa,* profunda G viii, 9.

Depugnare, pugnare G vii, 28. Af. vii, 29, 45. Nepos Them. 4.

Derectus v. c. paries, qui ad perpendiculum factus est, linea perpendiculari descendit G iv, 17. viii, 9. cf. *directus.*

Describere vecturas, singulis præscribere, quid et quantum vehant C iii, 41. *describere pecunias,* singulis præscribere, quid et quantum solvant A 51.

Desecare aures G vii, 4. Sæpius dicitur resecare, præsecare.

Deserere se, ab sua indole recedere, sui dissimilem esse C i, 75.

Desiderare, cupere, appetere G iv, 2. Plerumque est, cum ægritudinis sensu cupio id recuperare, quod habui, sed amisi.

Designare aliquem oratione, sic describere, ut agnosci possit G i, 18.

Desilire (de equo) *ad pedes* G iv, 12.

Despectus e loco edito in inferiorem G iii, 14. *mons despectum habet,* ex eo despici potest G ii, 29. Contra *prospectus* fere est, cum *recta* per loca patentia oculus fertur.

Desperare aliquid G ii, 24. *re aliqua* G iii, 12. *desperatus homo,* perditus, pessimus G vii, 3.

Despoliare, spoliare G ii, 31.

Destinare, figere, firmare, ut *ratem anchoris* C i, 25. *antennas ad malum destinare,* alligare G iii, 14. rem prehensam immotam tenere G vii, 22. ubi vid. Ciacconius. Cf. Bergerus de nat. pulchr. orat. p. 461. Hinc fluxit metaphora, cum destinare est decernere, constituere, ut certum sit, ut Græcorum πέπηγε, *constitutum est.*

Destinata mens in fugam Af. 88.

Destitutus G i, 16.

Destringere gladium G i, 25. Non, *distringere.*

Desuper vulnerare, cum adversarius eum, qui ex adverso stat, non recta ferit; sed pedum digitis levatus super scutum ictum infert ei G i, 52

Detendere tabernacula C iii, 85. Pr. *tentoria detenduntur.*

Detergere remos C i, 58. A 15.

Detestari precibus, diris devovere G vi, 30.

Detrahere equites equis, jubere descendere G i, 42.

Detrimentosus G vii, 33. Verbum alibi non occurrere, multi monuerunt, volueruntque corrigi, et legitur pro eo in codd. duobus *detrimento suo,* aut in uno *detrimentum summum.* Prior lectio est nihili, altera ferri potest. Sed si verbum hoc analogiæ convenit, quidni Cæsar videatur hoc posuisse? Formatum est, ut *portentosus* a *portentum.*

Devehere (in) *equis milites,* equitantes s. equo insidentes in locum deducere G i, 43. Non est, *ex alto in planitiem.*

Devocare fortunas in dubium, vocare in dubium, periculo exponere G vi, 7.

Devotus G iii, 22.

Deurere oppidum, comburere H 27.

Dicere (definire, constituere) *diem* G i, 6. *dicere locum colloquio* G i, 34. cf. *sacramentum.*

Dicrota navis, biremis, δίκροτος A 47.

Dictio, causæ dictio, defensio G i, 4.

Sic *testamenti factio* et alia.
Diducere, in partes exiguas dividere G iii, 23.
Differtus, passim repletus C iii, 32.
Difficilis (aditu) *palus* G vii, 19.
Dijudicata fortuna, non amplius dubia et anceps C ii, 32.
Dilectus militum G vi, 1. C i, 6. Ita fere codd. Cæsaris, non, *delectus*.
Dimittere principatum G vi, 12. *auctoritatem* Af. 48. *oppidum* G viii, 5. *spem* C i, 73. In his locis est idem quod *amittere*. Cf. Cic. Tusc. i, 6, 6. *morte fortunas dimittere*. *dimittere oppugnationem*, omittere, relinquere G vii, 17. C iii, 73. *dimittere ripas*, relinquere, ab iis discedere G v, 18. *dimittere iracundiam Reipublicæ*, ejus causa deponere iras C i, 7.
Directus locus C i, 45. *directa trabs* G vii, 23. *directum latus fossæ* G vii, 72. viii, 9. (nisi fortasse in his locis *derectus* legendum est.) *directum iter* C iii, 79. *directa platea* A ii. *Directum* est, quod linea recta procurrit s. extenditur, *gerade*, *tout droit*; sed *derectum* dicunt, quod linea perpendiculari descendit, *senkrecht*. Hinc *directum cornu* G vi, 26. *curvato* opponitur, ut Cic. N. D. ii, 57. *iter directum* et *flexuosum*, et Veget. de r. m. iii, 6. *tuba directa est, buccina in semet flectitur*. Ovid. Metam. i, 98.
Dirigere opera, in obsidione, fossas v. c. et aggerem producere ad locum aliquem G vii, 28. *dirigere aciem mira longitudine* Af. 13. quod c. 17. est, *porrigere aciem in longitudinem*. Conf. c. 51, 78.
Discedere, spes discedit alicui, evanescit ex animo G ii, 7.
Disceptator, qui litem dirimit, judex G vii, 37.
Disciplina Druidum G vi, 13. *habere incommodum pro disciplina et præceptis*, ex eo discere cautius mercari C iii, 10.
Discludere trabes, distinere, ne convergant G iv, 17. *mons hos ab illis discludit*, disjungit, intermedius est G vii, 8.
Discutere nivem altam G vii, 8.
Disjicere omnino est conjuncta disjungere, ut sol nubes disjicit. Hinc *disjicere aciem* G i, 24. cf. *perfringere*. *Disjecti*, sparsi, palantes G iii, 20. et viii, 3. nondum collecti. *Disjecta pabulatio*, vid. ad G viii, 7. *Disjecta ædificia*, non continuata, aut uno loco multa, sed passim ædificata G viii, 10.
Dispar prælium, quo pedites cum equitibus confligunt G v, 16.
Disparare, disjungere, separare, vid. ad G vii, 28.
Disponere (diversis iisque certis locis ponere) *præsidia* G i, 8. unde *equites dispositi* C iii, 101. per quos nuntius affertur.
Distinere multitudinem, impedire, ne plures eundem in locum conveniant G ii, 5. iii, 11. A 17. Hinc *distineri ab oppugnatione*, prohiberi, defendi, ne possis oppugnare H 8. et *distentus* (ab aliis negotiis abstractus et totus occupatus) *in munitione* H 11. *Distensæ naves*, quæ tempestate dissociantur, ne una vehantur A 45. *distinere victoriam*, objice suo non pati eam esse continuam et solidam G vii, 37.
Distribuere exercitui hyberna G viii, 54.
Diversum prælium, diversis in locis G viii, 19.
Docere, pluribus dicere G i, 43.
Doctrina, ars et peritia navium administrandarum A 15.
Documentum constituere, exemplum pœnæ edere in aliquem Af. 54.
Dolabratus G vii, 73. Sed verbum dubium est.
Domesticum judicium, internus sensus e factis ortus C iii, 60.
Domum concursus C i, 53. *domum reditio* G i, 5.
Dorsum montis æquum, planities in summo monte G vii, 44.
Ducere bellum, protrahere G i, 38. *ducere bellum in hyemem* C i, 61. *ducere bellum longius* G vii, 11. H 8. *ducere aliquem*, promittendo efficere, ut frustra expectet G i, 16. Ibidem *ducere diem ex die*, rem ab uno die in alium differre.
Durum, valde periculosum et molestum G v, 29.
Duumviri municipii, summi magistratus C i, 23, 30.

E

Edere in aliquem omnia exempla et cruciatus G i, 31.
Editus locus, altior, ut collis, tumulus.
Effarcire G vii, 23.
Efferre se gloria, eminere velle studio

gloriæ H 23. *efferre in vulgus* G i, 46. vi, 13. *efferri iracundia* G viii, 19. *studio* C i, 45. *gloria* C iii, 79. *lætitia* G viii, 29.

Efficere spatium cursu et viribus, absolvere G iv, 35. *efficere numerum militum* G vii, 4. cf. *conficere*.

Effodere domum, vi aperire, *aufbrechen, faire effraction* C iii, 42.

Effundere se in agros, per eos spargi, vagari G v, 19.

Ejicere se ex sylvis, inde eruptionem facere G v, 15. *ejicere se ex oppido* G v, 21. et *ex castris* G iv, 15. inde aufugere, ut Liv. i, 40. *foras se ejicere. ejicere navem in terram*, appellere C iii, 25, 28. *ejicitur navis in littore* (in littus) *tempestate* G v, 10. cf. *elidere*.

Elidere, naves tempestate eliduntur, ad littus et scopulos alliduntur C iii, 27.

Eludere aliquem, ejus conata irrita reddere C i, 58.

Emigrare domo G i, 31.

Emittere pilum G ii, 23.

Emolimentum G i, 34.

Enim, enimvero G v, 7. C i, 81. C ii, 32. Gron. ad Liv. xxxiv, 32.

Enuntiare, quod clam fuerat gestum, eloqui palam G i, 4, 17.

Ephippiatus eques, qui ephippio utitur G iv, 2.

Epibata A 11. Af. 20, 62. Est verbum græcum ὁ ἐπιβάτης, quod ex etymologia significat eum, qui conscendit navem; sed ex usu loquendi nominatim militem classiarium, qui e navi pugnat, oppositum ceteris, qui in nave sunt. vid. Duckerus ad Thucyd. vi, 43.

Ergastulum solvere, locum in villa, in quo inclusi sunt gladiatores, aperire, eos educere ad bellum C iii, 22.

Ericius C iii, 67.

Eripere (liberare) *se, ne* —G i, 4. *eripere e periculo* G iv, 12.

Erumpere se portis, eruptionem inde facere C ii, 14. cf. *ejicere, incitare. Erumpere iram in aliquem* C iii, 8. Gronov. ad Liv. xxxvi, 7.

Esse, quantum in ratione est G viii, 6. *esse summi laboris*, laborem ferre posse G iv, 2.

Essedum G iv, 33. v, 9. *essedarius* G iv, 24. Quantum e primo loco judicare licet, currus bellicus fuit, qui nihil nisi rotis impositam sellam (δίφρον) habuit, in qua miles et auriga sederent. Fortasse similia fuerunt bigis et quadrigis Circensibus.

Et item, atque etiam G i, 29. iii, 5.

Etesiæ C iii, 107.

Etiam ante comparativos, ut *etiam libentius, etiam gravius* G i, 16. C i, 53. A 71. Respondet græco ἔτι. Vulgo *adhuc libentius* dicunt, sed hoc nullo modo ferri potest.

Eventus navium G iv, 31. *fortunarum* C ii, 5.

Evidens quæstus, insignis, quem facere operæ pretium est A 49. Oppon. *sordidus*.

Evocati, qui in re militari κατ' ἐξοχὴν dicuntur, sunt, qui justis stipendiis factis honeste missi fuerant, sed denuo rogati invitatique sunt, ut rursus militiam faciant. Sic Dio Cass. XLV, 12. describit. G vii, 65. C i, 3, 17. ubi pari sunt honore cum centurionibus. C i, 27. ubi Vossius eos a centurionibus diversos fuisse docet. C i, 85. ubi ætate confecti bellisque superioribus probati evocantur. C iii, 88, 91. Af. 76.

Ex, soror ex matre G i, 18. *dies ex die*, alius post alium G i, 16. *ex vinculis causam dicere*, vinctum catenis G i, 4. *ex equo colloqui* G i, 43. *ex insidiis ponere*, insidiandi causa G iii, 20. *ex prælio*, post prælium H 34. *ex Prætura*, post Præturam C i, 22, 31, 85. *ex rupibus*, iis superatis C i, 70. *ex usu est*, utile est G i, 50. *ex usu alicujus accidit*, utiliter ei G i, 30. *Aquitania æstimanda ex tertia parte Galliæ*, habenda pro t. p. G iii, 20. *præruptus ex ascensu locus*, ibi, ubi ascenditur G vii, 86. *ex itinere aggredi*, inter eundum, in itinere G i, 25. *ex itin. oppugnare*, in transitu, ita ut non diu moreris, non multum temporis impendas G ii, 6, 12. Est Græcum ἐξ ἐφόδου. *ex itinere reverti*, in medio itinere, antequam veneris eo, quo volueras G ii, 29.

Exacta æstas, finita G iii, 28.

Exaggerare mortem morti, cædem aliam super aliam facere, et ita augere cædes et cadavera H 5.

Exagitare, e loco alio in alium pellere, aut omnino vexare G iv, 1.

Exanimatus cursu, qui omnem fere spiritum effudit G ii, 23. iii, 19.

Exaudire, sonum procul audire G vii, 61. C iii, 87.

Excedere e consuetudine, eam deponere Af. 73. cf. *Orbis*.
Exceptare aliquem attollendi causa G vii, 47.
Excidere portas, perrumpere G vii, 50. *excidere feram*, capere G viii, 28.
Excipere, *navis excipit vadum*, vid. ad G iii, 13.
Excitare turres, erigere G iii, 14.
Excubitus, excubiæ H 6. Veget. de r. m. ii, 8.
Exculcare, conculcando replere G vii, 73.
Excursionem facere G ii, 30.
Excursus, de acie, procursus quorundam ex acie versus hostem, ut primi impetum faciant C iii, 92.
Exemplum tabularum testamenti, *Abschrift*, *copie* C iii, 108. Ergo *tabulæ eodem exemplo* sunt, *eine gleichlautende Abschrift des Testaments*. Cf. *Edere*.
Exercitata bellis regio G viii, 25.
Exercitus, pedites G vii, 61.
Exigue habere frumentum, cum parcius dividendum est, cum ægre sufficit G vii, 71.
Exiguitas temporis G ii, 21, 33. *exiguitas copiarum*, numerus exiguus G iii, 23. *exiguitas pellis*, brevitas G iv, 1.
Eximia opinio G ii, 8.
Existere, apparere C iii, 105. Af. 7, 68.
Existimare, pro æstimare, h. e. dijudicare, statuere C iii, 102.
Expedire naves, ut ad prælium paratæ sint C ii, 4. *expedire rem frumentariam*, ejus difficultatem minuere C i, 51.
Expeditus motus, facillimus G iv, 25. *expeditus omnibus membris*, qui nihil gestat nec humero, nec manu etc. G iv, 24. *expediti*, qui nihil nisi arma gestant G i, 49. ii, 19. it. qui sine impedimentis iter faciunt G vi, 25. viii, 14. C iii, 6. ubi sic explicatur: *sine mancipiis et impedimentis*. *Iter exped.* in quo nulla occurrunt impedimenta G i, 6. *locus expeditus* C i, 27.
Expelli re, de eo, qui spe et consilio excidit Af. 25.
Expensas alicui ferre pecunias, scribere in tabulis expensarum, solutas esse alicui pecunias A 49. 56.
Experiri, sc. quid possint G i, 44. *experiri eventum*, usu et experiendo cognoscere, qualis sit G iii, 3. *experiri auxilium* G iii, 5.
Explere, *expletur justa altitudo* G vii, 23.
Explicare rem frumentariam, modum ejus comparandæ faciliorem reddere G viii, 4. *explicare sumtus*, removere difficultates sumtuum faciendorum, curare, ut sumtus commode fieri possint A 34. Similiter *explicare consilium* et *explicitum consilium*, facile effectu, paucis difficultatibus obseptum, εὐπορία C i, 78. Sed C iii, 78. *explicabat consilium rei totius his rationibus*, i. e. omnem rem, causis agendi probe cogitatis, sic instituebat. Nempe consilium agendi difficultatibus *impeditum* est, cum fieri possit, ut alio atque alio modo agendum sit: has difficultates multiplicemque belli gerendi rationem sigillatim cogitando rem *expedimus* et *explicamus*, dum, quid et quare agendum sit, cogitamus. *Explicatur acies*, cum sic instruitur, ut in justam latitudinem extensi sint ordines, non eo amplius modo, quo in itinere aut angustiis fuerant C ii, 26. iii, 93. it. i, 58. est idem, quod *producere longius in latiore spatio*. *Agmen explicare*, confusam turbam quodam ordine disponere G ix, 14.
Explicitior, comparativus rarus C i, 78.
Exporrigere equites in longitudinem Af. 78. i. e. aciem explicare. *Exporrigere munitiones*, extendere Af. 42.
Exprimere (alicui) *vocem* G i, 32. *exprimere aquam machinationibusve mari* A 5. *agger exprimit turres altius* G vii, 22.
Exquirere, explorare G i, 41. *exquirere sententias*, rogare G iii, 3.
Exsequi jus suum, defendere, tueri, ne amittatur G i, 4.
Exsertus humerus, non tectus veste G vii, 50.
Exspoliare honorem alicujus, eum privare honore G viii, 50.
Extendere se (progredi) *magnis itineribus* C iii, 77.
Extenuare equites, eo redigere, ut diducti stent, non densi Af. 14. *acies extenuata*, in latitudinem magis, quam longitudinem directa Af. 59.
Exterrere, terrere C i, 41. ii, 4.
Extra (contra, præter) *consuetudinem* C iii, 85. Sic apud Horat. *extra numerum et modum agere*.
Extrahere diem dicendo, absumere eum dicendo ad solis usque occasum C i, 32. cf. c. 33. *extrahitur tempus*,

quod cunctando elabitur G v, 22.
Extremus casus, quo nullus esse magis adversus potest G iii, 5. *extremæ res*, de quibus fere actum est G ii, 25.
Extrusum mare, cui accessus, aggere opposito, interclusus est G iii, 12.
Exturbare Af. 40.
Exuere aliquem armis G iii, 6.

F

Fabri legionum G v, 11. quorum originem Liv. i, 43. descripsit, munus autem Veget. de r. m. ii, 11. Hinc *Præfectus fabrum* C i, 24.
Facere castra G i, 48. A 49. *conjurationem*, ejus auctorem esse G i, 2. Sed G viii, 1. est conjurare. *sementem* G i, 3. *salutationem* Af. 85. *pacem* G i, 13. *prælium* G i, 18. *pontem in flumine* G i, 13. *magnam jugulationem* H 22. *cohortes*, legere, colligere, sibi comparare C iii, 87. Sic *f. sibi milites ex provincia* H 2. et *legio facta ex coloniis*, ibid. 7. *f. classem*, ædificare et instruere G iv, 21. *f. bellum* G iii, 29. et *facere alicui bellum*, moliri et suscipere contra aliquem G v, 28. Sic G vii, 2.
Facultas pugnare (pro gerundio) Af. 78. cf. *consilium*. *Facultates Italiæ*, numerus militum G vi, 1.
Facultas, copia G i, 38. iii, 9.
Falcata quadriga A 75.
Falces murales videntur fuisse conti, præfixi ferro, in falcis formam incurvato, ut murus, iis injectis, diruerentur G iii, 14. (Strabo, de eadem re loquens, δορυδρέπανα appellat) G v, 42. vii, 22, 84, 86. quo loco earum usus describitur. A 75.
Fallere, hoc eum fefellit, hoc ei per ignorantiam aut negligentiam accidit, ei inscio et parum cogitanti obrepsit Af. 3.
Familia, servi G i, 4. Sic *familia gladiatoria*, servi, qui sunt gladiatores C iii, 21. *mater familiæ* aut *familias* G i, 50. vii, 26, 47. C ii, 4. *pater familiæ* aut *familias* G vi, 19.
Fas, quod per religionem divinasque leges licet G i, 50.
Fastigatus collis, a latiore basi in acutius cacumen surgens. Omnino est *proclinatum* C ii, 10. ii, 8. vid. etiam ad iv, 16.
Fastigium infimum G vii, 73. vid. not.
Fauces portus, aditus C i, 25. angustiæ A 36.
Felicitas consequitur (comitatur) *aliquem* G viii, 31.
Fenestra, foramen in pariete relictum C ii, 9.
Feriæ Latinæ C iii, 2. Est commune sacrum omnium sociorum Latinorum ad vinciendam conservandamque eorum societatem, in monte Albano celebrari solitum, quo nondum peracto, non licuit consuli ad bellum proficisci. Liv. xxi, 63. xxii, 4.
Feroculus, inepte ferox, affectans ferociam Af. 16.
Ferrariæ sc. fodinæ G vii, 22.
Ferre alicui conditionem, offerre, deliberandam proponere G iv, 11. *ferre aliquid omnibus sermonibus* C ii, 17. *ventus fert navem aliquo* G iii, 15. *ferre ad populum* C i, 6.
Fervefacta jacula G v, 43.
Ferus, nullo vitæ cultu, asperior G ii, 15.
Fibula G iv, 17.
Fidelitas G viii, 46.
Fides angusta, cum nemo suas pecunias alteri mutuas dare vult, quia nemo par est solvendo C iii, 1. *fidem alterius sequi*, ei se permittere G iv, 21.
Fiduciaria opera C ii, 17. *Regnum fiduciarium* A 23.
Fingere vultum, fictam s. simulatam fiduciam vultu præ se ferre et metum hilaritate vultus tegere G i, 39. *die Miene in der Gewalt haben.* Hinc *vultus falsus* Tac. A iii, 3.
Fines Trevirorum, ipsa terra, ipsum regnum G v, 3. *quem ad finem*, quousque, de loco G ii, 19. *pectoris fine*, pectore tenus G vii, 47. Sic *umbilici fine* Af. 85.
Finire sylvam, mensura definire latitudinem G vi, 25. *f. temporis spatia*, metiri, definire G vi, 18.
Firmitudo operis, de ponte G iv, 17.
Firmus populus G i, 3. et *firma civitas* G v, 19. potens, quæ non facile vinci potest. *Firma cohors* C iii, 88. quæ G vii, 60. plenius dicitur *firma* (validâ) *ad dimicandum cohors.*
Fistuca G iv, 17.
Fores, quæ portam claudunt, *die Thüren der Thore* G viii, 9.
Forma, typus, ad quem quid imitando exprimitur G v, 1. cf. *modus.*
Fors (casus, fortuna) *offert* G ii, 21.

Forte lignum, durum C ii, 2. *fortis pons* A 19. Cf. Veget. i, 24. Alias fortis refertur magis ad animum.
Fortiter dicere sententiam, nullo timore impeditum C i, 1.
Fractus, debilitatus G i, 81.
Fratres et consanguinei, de duobus populis G ii, 3. cf. *Consanguineus; Necessarius.*
Fraudare stipendium equitum, in eo fraudem facere, equites eo fraudare C iii, 59.
Fremitus, clamor G iv, 14.
Frequentare copias militibus, earum numerum augere additis militibus Af. 20.
Frons pontis, pars hostibus adversa G viii, 9. montis G ii, 8.
Fructuosus locus, fertilis, fœcundus G i, 30.
Fructus agrorum G i, 28. Usitatius, *fruges.*
Frumentarius locus, unde frumenti copia est G i, 10. *frumentarii*, qui frumentum adportant G viii, 35.
Frustra mittere telum, quod non ferit adversarium G iii, 4.
Fugitivus sc. miles G i, 23.
Fundere, vincere prælio, efficere, ut diffugiant G i, 44. *fundere glandes, schmelzen, giessen* Af. 20.
Funditor G ii, 7.
Fusilis argilla G v, 43.
Fustuarium H 27.

G

Gæsum G iii, 4.
Galea. Cf. *Induere.*
Galeari, galea indui Af. 12.
Gemella legio C iii, 4.
Generatim, per gentes s. nationes, singulæ gentes et nationes singulatim G i, 51. ubi in metaphr. gr. est *κατὰ φυλάς.* Cf. G vii, 19. et Homer. Iliad. ii, 362. ubi *κατὰ φῦλα* et *κατὰ φρήτρας* est *generatim*, singulos populos et singulas gentes singulatim. Explicatur hoc G vii, 28. aliis verbis, *cuique civitati sua pars castrorum obvenerat;* erant ergo generatim distributi per castra— Per singula genera hominum et rerum, C iii, 32. *Gen. gratias agere*, singulis auditorum generibus C ii, 21: nam deinceps enumerantur singula eorum genera, quibus gratias egit.
Genus, gens, natio G iv, 3. vii, 22.
Gerere, geritur (fit) *in castris* G i, 17. *quæ de eo gesta erant*, ei acciderant G viii, 39. vid. not. *præ se gerere* Af. 10.
Glans, globulus, qui funda mitti solet G v, 43. vii, 81. Af. 20. Interdum literis inscripta mittebatur H 13.
Grando saxea, a magnitudine concretorum globulorum Af. 47.
Gratiam referre, in partem deteriorem, male gratum esse G i, 35. *gratiam* (favorem, amorem) *alicujus velle* G iv, 7.
Gravis fortuna, de magna miseria G i, 32. *gravior ætas*, de senectute G iii, 16. *grave quid statuere*, de pœna G i, 20. *grave navigium*, onustum G v, 7.
Gravitas civitatis, opes, quæ ei dignitatem conciliant G iv, 3.
Graviter, verbis iis, quæ rei magnitudinem demonstrant G i, 16. *graviter de aliquo judicare* C ii, 32. *graviter decernere*, de asperitate sententiæ C i, 15.
Grumus, collis H 8. Cæsar *terreum tumulum* appellare solet. Festus: *Grumus, terræ collectio, minor tumulo:* quæ verba locum alterum H 24. illustrant.

H

Habeo coactum G i, 15. *habeo redemtum* G i, 18. *habeo necesse hoc facere* Af. 39. *habeo iter aliquo*, possum eo iter facere C iii, 11. contendo eo C i, 51. iii, 106. *non habuit* (putavit) *dubium* H 29. *res habet celerem et instabilem motum*, mutatur celerrime G iv, 24. cf. *Processus.*
Harpago G vii, 81. C i, 57. H 16. contus, unco ferreo præfixus, auctore Livio xxx, 10. cf. xxiv, 34. Inserviunt harpagones muris diruendis, et navibus attrahendis. Videntur quodammodo, si non usu, at fabrica a *manu ferrea* differre; etsi mihi quidem non constat de discrimine. Plinius H. N. ix, 57 extr. et Cæsar B. C. i, 57. utrumque verbum conjunxerunt, quod non videntur commode fecisse, si hæc duo simpliciter eandem rem indicarent. Cf. Frontin. Strateg. G

ii, 3, 24.

Hastatus primus, primus ordo (centuria) hastatorum C i, 46. Constabat autem legio olim hastatis, principibus, triariis, Liv. viii, 8.

Hibridus libertinus Af. 19.

Hippotoxotæ, sagittarii equites C iii, 4. Af. 19.

Homo adolescens G vi, 28. *homo Gallus* G ii, 30. *homo honestus* G i, 53. *homines*, pedites C ii, 39.

Honeste, non ignominiose Af. 31.

Honestus, qui summo loco est in civitate G i, 53. nobili familia ortus, ut Senatoria, Equestri C i, 51. ii, 5. *honestus miles* C i, 20.

Horæ diei G i, 26.

Hortari pass. H 1. Gell. N. A. xv, 13.

Hortatio A 10.

Humanitas gentis, mores non barbari, non feris digni, sed quales sunt gentium cultarum G i, 1.

Humilitas est ejus, qui, fractus ultimis miseriis, subjectissime loquitur C i, 85. Item ejus, qui viribus inferior est altero G v, 27. Hinc *civitas humilis* G iv, 3. v, 28. cui *ampla et fortunata* G vii, 54. opponitur. Πόλις ταπεινὴ, Isocr. Paneg. c. 26.

I, J

Jacere. Cf. *agger*.

Jactare liberius et palam dicere, ut innotescat G i, 18. *jactare brachium*, vehementius movere G i, 25.

Jactura (pecuniarum), de profusa largitione G vi, 12. C iii, 112. Sic Græci dicunt προΐεσθαι, de honesta etiam liberalitate: Thuc. ii, 43. et προετικὸς Xen. Mem. iii, 1, 6.

Ictus pilorum G i, 25. *scorpionis* G vii, 25. *gladiorum* H 17. *uno ictu contundere* Af. 18.

Idoneum, opportunum, utile G iv, 21.

Ignotum peccatum, condonatum Af. 31.

Illigata, invicem, colligata G iv, 17.

Impedimenta, animalia, quæ gestant impedimenta, et in impedimentis sunt G vii, 45.

Impedire, palus impedit locum, reddit iter per locum difficile G vii, 57. Hinc *impeditus locus*, sylvis paludibusque plenus G iii, 28. *imp. sylva*, ad quam propter paludes difficulter adiri potest G v, 21. *imp. manus*, quæ aliquid prehensum tenet G i, 25. *imp. navigatio*, difficilis G iii, 9. *Impediti*, in flumine hærentes G ii, 23 et 9. cf. ibid. c. 10. *in medio flumine tardius ire*. Rursus G iv, 26. qui in aqua hærentes firmiter insistere nequeunt: item G i, 12. qui, flumine trajiciendo occupati, ad prælium non parati sunt. *Animus impeditus* G v, 7.

Imperare, arma imperat, qui armatos ad bellum convenire jubet C i, 5. *milites imperat*, qui eos mitti s. exhiberi jubet G i, 7.

Imperator post victoriam *appellatus* C ii, 26. H 19. vid. Tac. A. iii, 74.

Imperia nova, cum forma civitatis mutatur, alius Rex eligitur G ii, 1.

Imperitus, imprudens C i, 86.

Impetrare, rogata accipere G i, 9.

Implorare auxilium ab aliquo G i, 31.

Importare de mercibus, εἰσάγειν G i, 1. iv, 2. *importaticium frumentum* Af. 20. cf. G iv, 2. C iii, 42.

Importunitas Af. 87.

Impotenter regnare A 33.

Impressionem (impetum) facere in aliquem Af. 78.

Imprudens, nescius G iii, 29.

Impuberes G vi, 21.

In quatuor millibus passuum, intra qu. m. Af. 63. cf. G v, 24. vi, 36. Af. 47. *in circuitum oppidi*, circa opp. G viii, 33. *in potestatem habere* C i, 25. *in spatio*, per aliquod intervallum Af. 70. *in colloquium venire* G i, 35.

Inædificare, *dranbauen*, *draufbauen*, *bâtir à côté ou par dessus* G viii, 9. ibi, illo loco ædificata G viii, 5. *inæd. plateas*, *verbauen*, *zubauen*, *verschütten*, *boucher une rue par un édifice*, ne aditus pateat C i, 27. *hart dran anbauen*, *bâtir tout à côté* C ii, 16.

Inæquare, æquare C i, 27.

Incertus (ratione) *loci*, qui nescit, quem locum petat Af. 7.

Incidere arbores, ut inflecti possint G ii, 17.

Incidit malum alicui G viii, 12. *error* C iii, 13. *incidit*, accidit Af. 1.

Incitare navem remis G iv, 25. *incitare cursum* G ii, 26. *inc. se ex aliquo loco*, ex eo celerius prodire C ii, 14. *inc. se in aliquem*, irruere C ii, 6. iii, 24. *vis aquæ se incitat*, aqua cum vi irruit G iv, 17. cf. *Æstus*. *Res incitat* (auget) *cogita-*

tiones stultas G viii, 10. de homine arroganti. *Incitatur aliquis* ad arrogantiam G viii, 12.
Incitatus equus G iv, 12.
Incolere, frequenter de habitatione G i, 1. v, 2, 3. iv, 1, 20.
Increpitare, objurgare G ii, 15. ibid. c. 30. vanitatem et stultitiam alicui exprobrare.
Incursiones G v, 1. vi, 10.
Incusare, exprobrare alicui G i, 40.
Indago, rete, quo sylvæ v. c. a venatoribus cinguntur G viii, 18.
Indicere concilium in diem certam G i, 30.
Indignitates, injuriæ maximæ, quibus non dignus erat alter G ii, 14.
Indiligentia ejus est, qui *nullo studio* rem *agit* G vii, 17. C iii, 8. cf. A 65. ubi sic legendum est. *Indiligens* G vii, 71. *indiligenter* G ii, 33.
Inducere scutum pelle loco ferreæ laminæ G ii, 33. vid. ad Af. 90.
Induere galeam, capiti imponere G ii, 21. cf. Virg. Æn. ii, 393. v, 674. Hactenus milites Cæsaris castra munierant, ubi non opus fuit galeis; nunc ita repente confligendum est, ut ne tempus quidem supersit galeis e tentorio petendis et capiti imponendis. Similiter aliquis apud Gell. N. A. vii, 4. dixit, *corona indutus. Induere se vallis*, irretiri G vii, 73, 82.
Indulgere, benignum esse G vii, 40.
Industrie G vii, 60. C iii, 95.
Inermus G i, 40.
Infatuare, stultum reddere Af. 16.
Inferior animo, qui minore est virtute et fiducia, quam alter G ii, 8. iii, 24. *ætate aut viribus* G viii, 14. *inferiores urbis partes, die Niederstadt, la partie basse de la ville* C iii, 112.
Inferre merces extrinsecus, non natas domi G ii, 15. *inferre signa*, in hostem ferre G i, 25. *spem* G ii, 25. *cunctationem, moram* A 2. *inf. alicui vulnus* G i, 50. cf. *Vulnus. Causam inferre*, ea uti, eam commemorare G i, 39. *causam alicui inferre*, culpam conjicere in eum, comminisci crimen, quod objiciatur ei H 1. *inferre aliquem in equum*, imponere equo, ἐπιβιβάζειν, G vi, 30.
Inficere, tingere G v, 14.
Infidelitas G viii, 23. C ii, 33.
Infirma arbor, accisa G vi, 27.
Infirmitas animi, mobilitas G iv, 5, 13.
Inflari (fastu) G viii, 10, 12. Sueton. Ner. 37. *inflatus*, incitatus C iii, 108.
Inflate loqui, ita, ut res verbis augeatur C ii, 17, 39. iii, 79.
Infra, in locum inferiorem G iv, 36. *infra elephantos*, minor elephantis G vi, 28.
Infulæ, vittæ s. fasciæ laneæ, ramo oleagino alligatæ C ii, 12. Liv. xxx, 36. Talem ramum gestare, fuit signum supplicis.
Ingredi intra fines G ii, 4. *ingressus in eam orationem*, qui in hanc sententiam dixerat C i, 2.
Inibi Af. 23.
Injicere studium, excitare, commovere in animo G i, 46.
Iniquitas rerum, difficultas a multitudine incommodorum G ii, 22.
Iniquus locus G ii, 10.
Inire bellum, incipere G viii, 1.
Inita æstate, cum vix cœpisset, prima æst. G ii, 2.
Injungere tanq. onus G viii, 49. C i, 4.
Injuria, passive, G i, 20, 30. vii, 38.
Injussu meo, injussu alicujus G i, 19.
Inlucet, lucescit C i, 23.
Innata menti cupiditas, persuadendo nata s. orta in animo G i, 41. quod ibid. c. 46. est, *studium narrando injectum. Innatum naturaliter*, ab ipsa natura menti inditum C iii, 92. Ergo *innatum* apud Cæsarem est, quocumque modo illatum in animum, quod animo quacumque de causa inhæret.
Innocentia est ejus, qui ab avaritia sibi temperat, ne injuste agat G i, 40. Cic. Leg. Man. 13.
Inscientia G iii, 19. *inscientia locorum* G iii, 9. *inscientia usus*, ignoratio modi, quo modo re utendum sit G iii, 13.
Insectatus, passive Af. 71.
Inservire alicui rei, ei operam dare A 12.
Insidiæ, fraudes G i, 13.
Insigne, signum G vii, 50. *insigne navis Prætoriæ* C ii, 6. *insignia galearum*, ornamenta adventicia, ut galeæ fulgerent eo magis G ii, 21. vii, 45. Etiam G i, 22. intelligenda sunt armorum ornamenta. Tales sunt apud Tac. Ann. i, 24. milites seditiosi, non fulgentes insignibus, h. e. non addiderunt galeis et armis suis ornamenta, quia

volebant miseri et mœsti videri. Lipsius tamen in Excursu ad illum locum aliam interpretationem secutus est.

Insistere rationem pugnæ G iii, 14. ut *insistere viam.* Terent. Phorm. i, 4, 15. *Animo insistere* (incumbere) *in aliquid* G vi, 5.

Insolens, qui inflatus animo, petulantius et superbius se gerit G viii, 13. oppon. *timidus.* Sed *belli insolens* C ii, 36. ei non assuetus. cf. *Insolitus.* Sallust. C. 3. *animus malarum artium insolens. Insolens voluptas,* inusitata A 51.

Insolenter gloriari, cum aliorum contumelia et irrisione G i, 14. *insolenter insequi* C i, 45. A 27. cf. *Intoleranter.*

Insolentia, ὕβρις C i, 32.

Insolitus ad laborem exercitus, non assuetus labori C iii, 85. insolita constructio.

Instabilis motus tribuitur rei, quæ non diu eadem manet, sed omnibus horæ momentis mutatur G iv, 23.

Instar, similitudo, præsertim ratione magnitudinis et multitudinis. Hinc A 19. *instar trium cohortium,* numerus, tres cohortes æquans, numerus tantus, quantus est trium fere cohortium, h. e. tres circiter cohortes.

Instituere remiges ex aliquo loco, arcessere, comparare G iii, 9. *instituere aciem,* instruere G iii, 24. iv, 14. Sic A 37. *partem copiarum instituit,* instruxit, ut acies esset. *machinationem* G ii, 30. *pontem* G iv, 18. C i, 54. *naves* G v, 11. *turres, testudines, munitiones* G v, 52. *fossas* C iii, 46. *officinas ferrarias* Af. 20. *ut instituerat,* ut solebat G vi, 3, 44.

Instruere tigna parieti, struendo inserere parieti, *einmauern* C ii, 9. *instruere aggeres,* struere G viii, 41. Cf. *Agger. naves,* armamentis ornare et quibus opus G v, 2, 5. C iii, 100.

Instrumentum hibernorum, supellex, vasa G v, 31.

Insuefactus, assuefactus G iv, 24.

Integere G vii, 73. C i, 25. Cf. not. ad *obtectus* C iii, 19.

Integrum A 35. definitur, *quod ita est, ut fuit. Vires integræ,* nondum imminutæ pugnando G iii, 4. aut currendo et laborando. G iii, 19. Hinc *integri* defessis opponuntur G v, 16. vii, 41. Af. 78. *integer locus,* nondum exhaustus pabulando C i, 49. *Omnia sunt integra ad pacem,* nihil est in ulla re impedimenti, quo minus pax fiat C i, 85. cf. C ii, 42.

Intelligitur signum aliqua re G viii, 3.

Intendere, conari G iii, 26.

Inter (per) *tredecim annos* G i, 36. ut Liv. i, 10. *inter tot annos,* in decursu tot annorum. *Inter* manus C ii, 2.

Intercidere, jugum valle a castris intercisum, divisum G viii, 14. *colles vallibus intercisi,* divisi, disjuncti A 72. cf. ad A 73.

Intercipere pila, excipere, arripere G ii, 27.

Intercludi re frumentaria, arceri ab iis locis, unde frumentum peti poterat G i, 23.

Interdicere alicui re aliqua G i, 46. *interdicere aqua et igni,* in exilium mittere G vi, 44. Sed G v, 58. *interdicere* est jubere, edicere.

Interjicere, interponere, immiscere G vii, 36. *interjicere sentes arboribus* G ii, 17.

Interior, vid. ad G ii, 2. cf. v, 12, 13, 14. *interiores,* qui intra mœnia sunt G vii, 82.

Interire de re inanima, *de navibus* C i, 58. C iii, 27. A 21. *de usu tormentorum* C ii, 16.

Interitio, interitus, cædes H 24.

Intermittere tempus a labore (vacuum) C i, 32. cf. *Ad. intermittunt subeuntes,* desinunt accedere, παύονται προσερχόμενοι G ii, 25. *flumen intermittit,* vacuum spatium relinquit, quod aqua non offusum est G i, 38. *intermissum spatium,* intervallum G vii, 72. *intermissa vallis,* intermedia G viii, 9. *intermisso triduo,* tribus diebus elapsis G i, 27. ut *nocte intermissa,* interea dum nox labitur. ibid. *intermissa collibus planities,* media inter colles, interjecta, non tecta colle G vii, 70. cf. ibid. c. 17. *intermissæ* (distantes, sic paulo ante) *paribus spatiis trabes* G vii, 23. quæ hypallage est: nam spatia s. intervalla intermittuntur s. relinquuntur.

Internecio, omnium omnino interitus et cædes G i, 13. ii, 28.

Interpellare, vid. ad A 50.

Interponere moram G iv, 9. *interponere causam,* proferre causam, quæ rem

impediat, excusatione uti G i, 42. *interponere alicui fidem*, ei fidem facere jurando, obtestando G v, 6. *interposita suspicio*, injecta, excitata ab aliis G iv, 31.
Interrumpere pontem, rescindere G vii, 19.
Interscindere pontem, rescindere, G ii, 9. *interscindere aggerem*, ejus partem diruere G vii, 24.
Intextum viminibus scutum, textum e viminibus G ii, 33.
Intoleranter sequi, acerrime, ut alter vehementiam sequentis vix ferre possit G vii, 51.
Intorsit aliquis talum, talus ejus luxatus est H 38. *intortus talus*, ibid. 39.
Intritus ab labore, non attritus s. debilitatus labore G iii, 26.
Invenire ex aliquo, cognoscere, quærendo comperire G ii, 16.
Invisus, non ante oculos positus C ii, 4.
Invitare C i, 74.
Involare in aliquem A 52.
Inutilis ad pugnam, de pueris G ii, 16. noxius Af. 54. *inutiliter*, damnose A 65.
Irridicule, non irridicule, satis facete G i, 42.
Irrumpere pontem, occupare C i, 16.
Ita, non ita multum G v, 47.
Iter ire Af. 6, 75.
Iterum, secundum G i, 44.
Judicia reddere in aliquem, de eo, qui jus dicit C ii, 18.
Jugum currus, locus, quo currus temoni jungitur G iv, 33. *sub jugum mittere*, ritus contumeliosus, quo indicatur, hostes victos et in servitutem redactos esse G i, 7, 12. Descripsit Livius G iii, 28. cf. ix, 5, 6.
Jungere equum equo, proxime aliquem adequitare G viii, 48.
Juniores, qui ætatem militarem habent G vii, 1. C iii, 102. Liv. i, 43. Dionys. Halic. p. 221. ed. Sylb. sic definit, qui nondum attigerunt annum ætatis quintum et quadragesimum.
Jus. cf. *Adire*.
Justa causa, idonea, propter quam meremur, ut aliquid fiat G i, 43. *justum diei iter*, vid. ad C iii, 76.
Justa funebria G vi, 19. Cf. Mantissam.

L

Labor operis, molestia muniendi et oppugnandi G vii, 20, 28.
Laborantes, qui periculum vix prohibere possunt G i, 52. *laborat animo*, quovis modo curat et cogitat G vii, 31.
Labra fossæ G vii, 72. et *poculi* G vi, 28. sunt margines.
Lacessere hostem prælio, sagittis jaculisque conjiciendis aut adequitando irritare hostem et cogere, ut se defendat G i, 15, 23. *lacessere prælium*, lacessere hostes ad prælium G iv, 34.
Lætatio G v, 52.
Languidus, timidus A 25.
Lanista, gladiatorum magister Af. 71. H 6.
Largiter posse, multum valere G i, 18. in gr. metaphr. est, πλεῖστον δύνατται. *largiter consequi*, Af. 72.
Laureatæ literæ et fasces C iii, 71.
Laxare aciem, ita milites collocare, ut ne amplius densi stent G ii, 25.
Legatus, proximus ab Imperatore Dux, qui, eo absente et nomine ejus, res gerit G i, 10. Ejus officia C iii, 51. hybernis præficitur G i, 54. cum præsidio relinquitur G ii, 6. Quid ei absente imperatore non liceat G iii, 17. *Legatus pro Prætore* G i, 21.
Lenitas fluminis labentis G i, 12.
Leniter fastigatus G ii, 8. *acclivis* G ii, 29. vii, 19. C ii, 24, 29. *leniter* (pedetentim) *iter facere* Af. 6.
Lenunculus, parvum navigium C ii, 43.
Lex. vid. ad G i, 3.
Liberaliter, ut decet hominem magno animo G iv, 21. ut decet eum, qui beneficii magnitudinem agnovit G ii, 5. *liberaliter respondere*, comiter, benigne, humaniter C iii, 104.
Libra, ad libram factum. vid. ad C iii, 40.
Librilia G vii, 81.
Lignator, qui ligna colligit in usus valli G v, 26. Unde *lignatio* G v, 39.
Lilium, in munitione G vii, 73.
Lingula G iii, 12.
Lintres G i, 53. paulo post naviculæ dicuntur C i, 28. Interdum junguntur in modum pontis G i, 12.
Liquescens aqua, quæ, excreto sensim

limo, liquida et limpida fit A 3. Ibidem aqua dicitur *subsidere*, cujus limus subsidit.

Lis, litem æstimare, constituere, quanti sit damnum, ab altero datum G v, 1. Lis ergo est id, de quo orta est controversia, res violata.

Litare, cædes litatur (expiatur, luitur) *pœna* H 24.

Locus dignitatis G v, 44. *locum* (altum) *amicitiæ tenere apud aliquem* G i, 20. *loco argumenti habere* C i, 67.

Longe abesse G i, 36. C ii, 37. *considere a . . .* G v, 47. Af. 34. *castra ponere a . . .* A 36.

Longinqua consuetudo G i, 47. et *longinqua obsidio* G v, 29. C iii, 80. est diuturna. *Longinquitas temporis* C i, 29.

Longurius s. *longurium*, contus longior G iii, 14. iv, 17. vii, 84. C ii, 11.

Lorica turrium G v, 40. *valli* G vii, 72. cf. *pluteus*.

Loricatus elephantus A 72.

Loricula valli G viii, 9. *turris* ibid.

Lucrifacere maleficium beneficio, efficere, ne maleficium noceat, damnum maleficii amoliri H 35.

Ludus, in quo gladiatores a lanistis erudiebantur C i, 14.

Lunata castra, in lunæ (semicirculi) formam posita Af. 80.

M

Maceria, sepimentum G vii, 69. In Gr. metaphr. est τεῖχος.

Machinatio, machina G ii, 31. iv, 17.

Magister navis, qui curam et administrationem navis habet C ii, 43.

Magnitudo venti G v, 43. *magnitudo copiarum*, multitudo A 26.

Magno opere, magnopere G i, 13. Solet post *nihil, nullus, ullus, quidquam* poni, rei minuendæ causa. *magnæ fuit fortunæ* G vi, 30.

Malacia G iii, 15. cum mare nullo, vel lenioris auræ flatu commovetur.

Maleficium, injuria s. damnum, quod hostes hostium agris oppidisque inferunt G i, 7, 9. C i, 22. C ii, 20. τὸ κακουργεῖν.

Malleolus A 14.

Malus, tignum longius G vii, 22.

Mandare se fugæ G i, 12. ii, 24.

Mandata, quod alicui commissum est G iv, 27.

Mane diei Af. 42.

Manipulus, duabus centuriis constat G ii, 25. *Manipulares* G vii, 50.

Manus, hominum multitudo G i, 37. ii, 2. iii, 11. *manus ferrea* C i, 57. Ejus usus ibid. c. 58. et C ii, 6. indicatur. cf. *harpago*. *Manu* (opere, arte) *munitus* G iii, 23. v, 57. *manus dare*, victum se confiteri, non resistere diutius G v, 30. *sub manum mittere*, celeriter m. Af. 36. cf. Sueton. Aug. 49. *inter manus* C ii, 2.

Mare Oceanum, Oceanus G iii, 7. Sic et Tacitus locutus est An. i, 9. et Pompon. Mela ii, 6. Sed hos aliosque locos collegit Davisius ad locum Cæsaris.

Matara G i, 26.

Materia, materies, arbores in sylvis G v, 12. Sed G iii, 29. sunt arbores cæsæ. *materia bipedalis*, tigna bipedalia C ii, 10.

Materiari, ligna colligere G vii, 73.

Matura hyems G iv, 20.

Maturrime G i, 33.

Memoria (tempore) *patrum* G i, 12. ii, 4. *paulo supra hanc memoriam*, paulo ante hæc tempora G vi, 19. cf. *studere*.

Mensura ex aqua G v, 13.

Merces, quicquid copiis auxiliaribus stipendii loco datur G i, 31.

Merere odium, invisum aliis reddi, etiam invito G vi, 5. *merere* (stipendia) G vii, 17.

Metata castra pass. G viii, 15.

Metiri militibus frumentum G i, 16.

Milites, pedites G v, 10. C ii, 41.

Minime sæpe, raro G i, 1. *minime omnes*, pauci G i, 29. conl. 22.

Minuere. cf. *æstus*. *Controversias minuere*, dirimere G v, 26. vi, 23. *desidiam*, tollere G vi, 23.

Minutatim, singulatim et lente Af. 31. 78.

Misera memoria, tristis G viii, 34.

Miserari, verbis conqueri et lugere G i, 39: unde *miseratio*, oratio, misericordiam commovens C i, 85.

Missio de militibus, *der Abschied, le congé* C i, 86.

Mittere se ad aliquid agendum H 9. *mittere* (dare) *signum timoris* C i, 71. *missa conjux*, de divortio G i, 53.

Mobilis in consiliis capiendis, inconstans

et varius G iv, 5.
Mobilitas animi, inconstantia G ii, 1. *mobilitas equitum*, celeritas G iv, 33.
Mobiliter, ut nunquam agere desinas, omnibusque in locis verseris A 17. *mobiliter excitari ad bellum*, sic excitari, ut repente a pacis consiliis ad arma transeas, h. e. facillime impelli ad arma capienda G iii, 10. cf. cap. 8. *subita et repentina consilia*.
Modestia militum, obedientia G vii, 52. *modeste* Af. 31. de his, qui non sunt perturbati, non tumultuarie opus agunt.
Modus et forma ædificandi, das Modell, le modele G v, 1.
Molle littus, nullus collibus asperum et invium G v, 9. cf. *mollire clivum* G vii, 46.
Momentum, quicquid efficit et confert, ut aliquid fiat, cujus est magna vis et dignitas, magnum item pretium: *tempus magnum ad salutem momentum affert*, multum confert ad sal. C i, 51. *momento levi rem æstimare*, parvi facere, quasi nihil pertineat ad salutem et opes civitatis G vii, 39. cf. ad G vii, 85. et C i, 21.
Montuosus C i, 66. Sic codices; non *montosus* C iii, 42. H 7.
Moror (cunctor) *aliquid facere* G viii, 34.
Mos et exemplum populi, mos majorum G i, 8.
Motus fortunæ, commutatio C ii, 17.
Movere se, de homine mutabili C ii, 16. cf. *mobilis*. *movere* subaudito *castra* Af. 7. sed plene G i, 40.
Multa nox G i, 26. *multo die*, de tempore, quod primam lucem sequitur G i, 22. *multa lingua Gallica uti*, Gallice satis doctum esse G i, 47.
Munire se, præsidio se tueri G i, 44. *munire castra*, vallo et fossa cingere G i, 49. *munire montem*, vallo et fossa G i, 24. *munire iter*, reddere expeditum G vii, 58.
Munitio operis, opus (murus), quo locus munitus est, ne iter pateat G i, 8.
Murale pilum G v, 40. vii, 82. cf. *falx*.
Musculus, machina bellica, sub qua steterunt, qui muros aut vallum oppugnarunt. Veget. de re mil. iv, 16. Commemoratur a Cæsare vii, 84. C ii, 10. ubi multis describitur, etsi hunc musculum puto multo artificiosius structum fuisse eo, quo Galli (G vii, 84.) usi sunt. Occurrit etiam C iii, 80. A 1.
Myoparo, genus navigii velocissimi, quod veteres grammatici dicunt ad piraticam faciendam structum fuisse A 46.

N

Nasci, collis nascitur, surgit, attollit se, G ii, 18.
Natura loci, situs, quem ipsa natura talem esse voluit G i, 2. *secundum naturam fluminis, dem Strome nach* G iv, 17. Itaque natura fluminis est cursus naturalis. *Ea rerum natura erat*, de ponte ædificato, opus per naturam rerum ita comparatum (firmum) erat G iv, 17.
Naturaliter A 8.
Navale, locus, ubi subductæ naves stant, aut naves fabricantur C ii, 1. iii, 4, 22.
Navalia castra G v, 22. classis, uno loco congregata.
Navis longa, bellica G iii, 9. iv, 21, 25. *oneraria*, mercibus vehendis destinata G iv, 22, 25. *instructa* G v, 2. *tecta pellibus* C iii, 15.
Ne, ne, encliticum, pro utrum, an G vii, 14.
Necessarium tempus, quo necesse est aliquid facere aut pati G i, 16. *necessarii populi* iidem, qui consanguinei.
Necessario coactus, necessitate coactus G i, 17.
Necessitates C i, 17.
Necessitudo, gratia et amicitia, quæ alterum nobis obstringit G viii, 53.
Necubi, ne alicubi G vii, 35.
Negligere injurias, non punire G i, 35.
Negotiari, de equitibus Rom. in provinciis, pecuniaria re quæstum facientibus G vii, 3. C iii, 103. Unde *negotiatores* ibid. et Af. 36. Cf. Ernesti disp. de negotiatoribus Romanis, in ejus opusc. philol. et crit.
Negotium, non est quidquam negotii, non est difficile G ii, 17. *magno negotio*, multa cum difficultate A. 8.
Neque—et G iv, 29. v, 19. A 38. Cf. C iii, 28, 60.
Nequidquam, frustra G viii, 19.
Nervi, potestas ejus, qui in magna auctoritate est G i, 20.

Neu, neu, pro ne vel, vel G vii, 14.
Nisi si G i, 31. *Si* redundat.
Nodi crurum sunt eo loco, quo articuli nexi sunt, qui veluti nodo juncti videntur G vi, 27. Etiam caulium nodi sunt, quo loco plurium vasorum plexus et ganglion est, et duæ partes nodo conjungi videntur.
Nomen dare (militiæ) C iii, 110.
Nominatim, nominibus singulorum positis G i, 29.
Non modo (non), *sed ne quidem* G ii, 17. iii, 4. viii, 33.
Notus regionis, peritus regionis H 3. Ergo *notus* h. l. est, qui novit.
Novus adventus, inopinatus C iii, 63. *novissimum* (ultimum) *agmen* G i, 15. unde *novissimi* G i, 25.
Nudata defensoribus castra G ii, 6, iii, 4. Hinc per ellipsin *nudata castra* G ii, 23.
Nudum corpus, scuto non tectum G i, 25.
Numerus: obsidum numero, h. e. loco G v, 27. *hostium numero* G vi, 6. *legatorum numero* C ii, 41.
Nummi sunt iidem, qui sestertii G viii, 4.
Nuper de intervallo aliquot annorum G i, 40.
Nutricius pueri, cui cura pueri educandi demandata est C iii, 108, 112. A 4.

O

Obæratus, debitor, G i, 4.
Obducere fossam ab latere G ii, 8.
Objectatio, exprobratio C iii, 60.
Objicere (jungere) *jumenta turri*, ut currui, plane ut in nostro sermone, *Pferde vorlegen* A 2. opponere G i, 26.
Obscuratio nebulæ H 6.
Obsequium A 63. et *obsequentia* G vii, 29. est ejus, qui alterius voluntati consiliisque facile se accommodat.
Observare (revereri) *alterius judicium*, non recedere ab eo, quod judicavit alter G i, 45.
Obstinate negare G v, 6.
Obstruere portas cespitibus G v, 51.
Obtectus, tectus, bene protectus C iii, 19.
Obtinere, incolere, tenere G i, 1. in potestate (perpetuo) tenere G i, 17. *obtinere Regnum* G i, 3. quod ibidem est, habere. cf. G i, 18.
Occultus, in occulto G i, 31. v. not.
Occupare Regnum, Regiam potestatem sibi vindicare G i, 3. *occupatur* (repletur) *porta multitudine* C ii, 35.
Occupatio C iii, 23.
Occupatus et sublatus est C iii, 109. vid. not. Est autem *occupare aliquem* idem, quod prævenire, ideoque citius agendo, quam alter potest, impedire, quo minus alter faciat aut patiatur aliquid. Nisi *occupatum* h. l. velimus correptum, arreptum a suis intelligere, quo sui potiti sunt.
Occurrere, celeriter adesse, advolare G iii, 4. vii, 24. *suppetias* Af. 66. *rebus*, casu in eas incidere, iisque negotiis improviso impediri G iii, 6. Hinc *occurrere bello*, eo implicari G iv, 6. *occurrit iis ad animum*, subit eos cogitatio, in animum iis venit G vii, 85.
Oceanus. cf. mare.
Offendere, non prospere rem gerere C iii, 72. *offenditur*, incidit aliquid adversi G vi, 36. *offendere in aliquo* C ii, 32.
Offensio, infaustus successus, contra quam speraveramus C iii, 47. odium, in quo quis est C iii, 60. A 48. *offensio animi* G i, 19.
Offerre, fors offert G ii, 21.
Officere excursioni, eam impedire Af. 61.
Officium maritimum, cura totius classis C iii, 5. *Esse in officio* G v, 3. quod ibidem c. 4. est, *permanere in officio*. Sed *offic. præstare* G viii, 50. est, *Gefälligkeit erweisen*. Sic A 70. officium est gratificatio, unde ibidem *officiosus*, qui alteri gratum facit.
Omittere alterius consilium, negligere, eo non uti G ii, 17.
Omnino (si omnem summam computes) *unus* G i, 7. *omnino duo* G i, 6. sed G iv, 38. *omnino duæ* sunt, ex omni numero tantum duæ.
Onus navis, navis permagna G iii, 13.
Opima cœna H 33.
Opportunitates, situs opportunus, commoda cum situ conjuncta G iii, 12.
Opus, ædificatio G iii, 3. opificium, ἔργον, ut Minerva Ἐργάνη dicitur G vi, 17. munitio castrorum G i, 49. murus et fossa ducta G i, 8. Hinc *opera*, circumvallatio G viii, 40. et *opera administrare*, urbem

circumvallare G viii, 37. *opera*, res gestæ C i, 32. H 31. machinæ oppugnandarum urbium G ii, 12. cf. *labor*.

Opus est facere aliquid G vii, 54.

Orare cum aliquo, per preces agere cum eo, cum precari C i, 22.

Orbis in prælio Af. 15. *orbem faciunt* G iv, 37. aut *in orbem consistunt* G v, 33. aut *in orbem pugnant* A 40. qui, ubi ab hostibus cincti sunt, iis quaquaversum frontem obvertunt, ut ex omnibus partibus pugnent. Interdum sic in orbem pugnabant, ut una cohors paululum *procurreret* adversus hostem G v, 34. sive *excederet ex orbe* G v, 35.

Ordinatim, ordinibus instructis Af. 12.

Ordo, centuria G i, 40, 41. C. i, 13. ii, 28. Hinc *ordines primi* G v, 28, 44. centuriæ primæ alicujus legionis: et *inferiores*, quibus opponuntur *superiores* G vi, 40: et *infimi* C. ii, 35. quibus *honesti* opponuntur. Cf. *amplus*. *Spes ordinis* olim ducendi, facit iis spem, fore ut ordini s. centuriæ præficiantur C i, 3. Sed G v, 30. vi, 7. *ordo primus* est per metonymiam, Centurio primi ordinis. Rursus *ordines*, series militum in acie G iv, 33. et *primi ordines*, qui primum in acie locum occupant. *Ordines* (strata) *cespitum* G v, 51. *ordines* (strata) *cratium* C ii, 2.

Oriri, *Belgæ oriuntur ab extremis finibus G.* ibi est initium Belgiæ G i, 1.

Ornamenta elephantorum, apparatus omnis, quo instrui solent Af. 86. Ibidem *ornatus elephantus*.

Ornare equites, instruere rebus, ad equestrem militiam necessariis A 50. Unde *ornata omni genere armorum navis* G iii, 14.

Ostendere, significare Gi, 8, 19. C i, 6.

Ostentare aliquem G v, 41.

Ostiarium C. iii, 32.

Otium, pax, tranquillitas. *ad otium profici* G vii, 66. *ad otium deduci* C i, 6. *diuturnitas otii* C ii, 36.

P

Pabulum, alimenta jumentorum G i, 16. Hinc *pabulari*, *conquirere pabulum* G i, 15. viii, 10. et *pabulatio*.

Pacatus, coactus pacem facere et servare, et quiescere G i, 6. ii, 1.

Pagus, pars civitatis G i, 12, 37. vi, 11. Et G i, 12. permutantur invicem *pagus Helveticus* et *pars civitatis Helveticæ*. Metaphrastes græcus *φυλὰς* interpretatus est.

Paludamenti color G vii, 88. Af. 57.

Panicum C ii, 22. Omnino est gramen, ferens spicam, seminibus s. granulis locupletatam, e quibus, ut e milio *(Hirsen, Schwaden)*, cibus parari potest varius.

Par atque G i, 28. ut *pariter ac*.

Paratus, animo affectus, *sic paratus*, eo animo C i, 75. cf. G viii, 28.

Parentare, in mortui honorem sacra facere, ut placetur: unde G vii, 7. mortuum cæde alterius ulcisci.

Pariter, simul, eodem tempore C iii, 52. Sic et Justin. xvii, 2. Sall. Jug. 68.

Pars, regio G iv, 31. civitas, natio G iii, 10. *meæ partes constant in misericordia* C i, 85.

Partim, *item* H 37. *Partim*, *et* A 29.

Parvulus, hoc diminutivum frequens occurrit G v, 50, 52. viii, 13. C iii, 72, 104. Af. 37, 54, 63, 87.

Parvus Senator Af. 57.

Patefacere iter, facere, ut per locum et in eum libere commeare liceat mercandi causa G iii, 1.

Patens locus, non munitus G i, 10.

Pater familiæ G vi, 19.

Patiens Af. 31. *Patientia*, si quis parco victu et duro vitæ genere utitur G vi, 24.

Patrocinari H 29.

Paucus numerus Af. 67.

Pavimentum C iii, 105. A 1.

Paulatim acclivis G ii, 8. iii, 19. *paulatim distributus*, in exiguas partes G viii, 15.

Paulo, non sequente comparativo G vii, 45. *paulo infra* G iv, 36. Usitatius est, paulo inferius.

Peccare, de injuria, quæ alteri fit G i, 47.

Pedalis, æquans magnitudinem pedis G iii, 13.

Pedes et *passus* confunduntur, quia in codd. sæpe litera *p* indicantur. v. Guischard Mém. crit. p. 253. ad Af. 61.

Pedestre, terrestre C ii, 32. A 26. oppon. maritimo.

Pellis, *milites sub pellibus*, in tentoriis, pellibus enim tentoria integuntur G iii, 29. *sub pellibus hyemare* C

iii, 13.

Pensio Af. 90.

Penteris, πεντήρης, quinqueremis A 47. Af. 62. et c. 63. dicitur illa ipsa *quinqueremis*.

Per se, ipse G v, 33. *per concilium*, tempore concilii G vi, 21. *per fidem falli* G i, 46. *per manus tradere* C i, 68. *per manus* (manibus) *trahere* G vi, 38.

Peragitare C i, 80. quod alibi est, *hostem premere*.

Percipere. vid. *usus*.

Perdiscere, penitus memoriæ mandare G vi, 14.

Perducere murum G i, 8. *res ad extremum perducta casum* G iii, 5.

Perendinus dies G v, 30.

Perforare navem A 25.

Perfringere aciem, efficere, ut confertim stantes discedant G i, 25.

Periclitari (experiri), *quid aliquis possit* G vii, 36. ut *periculum hostis facere*, cognoscere velle, experiri, quam validus sit G i, 40. Cf. et G ii, 8. A 13. *periclitari fortunam* C iii, 10. A 16, 43.

Peritus scientia Af. 31.

Permittere se in potestatem alicujus G ii, 3. *permittere se in aliquem*, se immittere, irruere G viii, 48. *permittere tela*, usque ad metam mittere G viii, 9.

Perpendiculum, *ad perpendiculum derectum tignum* G iv, 17. cf. *derectus*.

Perperam, imprudenter, suo cum damno H 11.

Perpetua sylva, continua G vi, 5. *perpetuæ stationes*, quæ se invicem contingunt C i, 21. *perpetuus in longitudinem* G vii, 23.

Perscribitur Senatusconsultum C i, 5. *es wird niedergeschrieben*. Cf. Ernest. Cl. Cic.

Persequi bella, gerere, administrare G viii, 1.

Perseverare cursum, continuare Af. 18.

Persuadere alicui præmiis G iii, 18.

Pertendere ad locum, eo contendere A 30.

Pertentare, exacte tentare A 17.

Pertinere, *Aquitania pertinet ad montes*, extenditur, porrigitur usque ad montes, qui ejus termini sunt G i, 1. vi, 3, 1. C. iii, 49. *sylva pertinet introrsus* G vi, 10. *hoc pertinet eodem*, fit aut dicitur eodem consilio, eandem vim habet G i, 14. iv, 11.

Petere fugam in locum G ii, 24. *petit propinquitatem fluminis*, qui solet ad ripas ædificare G vi, 30.

Phalanga C ii, 10. Cf. Harles in ind. Theocrit. in v. ἐρείσματα.

Phalanx G i, 24, 52.

Pietas, amor patriæ G v, 27. Cf. Cic. de invent. G ii, 22.

Pilum G i, 25. Polybii ætate (hic enim descripsit G vi, 21) hastile ligneum trium cubitorum fuit, ferro ejusdem longitudinis ita præfixum, ut ferrum in medio hastili inciperet. Vegetius de re m. i, 20. pro temporum diversitate ferrum trigonum et pedale fuisse tradit. Hinc apparebit, quare apud Cæsarem G i, 52. pila abjecta sint a militibus. Cf. *murale*.

Pilus, *primus pilus*, primus ordo (centuria) triariorum, qui pilis pugnant G iii, 5. Sed G ii, 25. *primus pilus*, si lectio bene habet, significat Centurionem primi pili (C i, 13) s. primipilarem, h. e. centurionem, *qui primum pilum ducit* G v, 35. cf. etiam ad G v, 30. et ad C iii, 64. et *ordo primus*.

Pinna G v, 40. vii, 72.

Plebes, *plebei* G vi, 13.

Plena legio G iii, 2. (*completa*).

Plene perfectus G iii, 3. de ædificando. Cic. de divin. ii, 1. *plene cumulateque perfecta quæstio*, omni ex parte absoluta. *Plenius aliquid perscribere*, augere verbis, majus, quam revera est, describere Cf. G i, 53. cf. *inflate*.

Plumbum album, stannum G v, 12.

Pluries C i, 79. v. not.

Plus minus, circiter, fortasse paulo plus, aut paulo minus G viii, 20.

Pluteus, cum est machina per se, (ut C ii, 9. *pluteos abducere ad alium locum*) est opus plexile e viminibus, non absimile cratibus, quo miles, murum oppugnans, contegere se solebat. Festus, *Plutei*, inquit, *crates corio crudo intentæ*, *quæ solebant adponi militibus*, *opus facientibus*. Descripsit Vegetius de re m. iv, 15. rotulisque subjectis eos promoveri potuisse tradidit. Sed cum plutei adduntur s. imponuntur vallo G vii, 41, 72. videntur tabulæ fuisse, vallo tecti instar impositæ. Idem Festus: *Nunc etiam tabulæ*, *quibus quid præsepitur*, *eodem nomine* (plutei) *dicuntur*. Sic ceperim *turrium pluteos* G vii, 25. h. e. turrium

tecta e tabulis, στέγη, ut metaphr. Græc. expressit. Intelligitur etiam, quare G vii, 72. plutei aggeris appellentur lorica ejus: lorica enim est, quicquid rem præsepit. C i, 25. opus protegitur *cratibus et pluteis.*
Pollicitatio G iii, 18.
Ponere, exponere, narrando ob oculos ponere C iii, 79. *ponere alicui custodes*, constituere, qui eum diligenter observent G i, 20.
Pons interrumpitur G vii, 19. *interscinditur* G ii, 9. *est in flumine* G ii, 5.
Ponto C iii, 29.
Porrectum, quod in longitudinem extensum est, s. procurrit G ii, 19.
Porticus in re militari sunt vineæ C ii, 2. Ut enim porticus constat columnis, tecto imposito junctis: sic vinea constat trabibus, tecto imposito junctis. *galerie couverte de grosses poutres* Guischard Mém. milit. Vol. ii. p. 21.
Portorium, vectigal, quod in portu solvitur: tum omnino, quod pro mercibus importatis aut pro venia transeundi aliquam regionem solvitur G i, 18. iii, 1.
Portus. Cf. *capere.*
Positus (situs) *oppidi* A 72.
Post paulum, paulo post G vii, 50.
Posteritas, fama apud posteros C i, 13.
Postulare de eo, qui alterum implorat G i, 31.
Potentatus G i, 31.
Potestatem sui facere hostibus, offerre se iis, non detrectare prælium G i, 40, 50. cf. i, 48. *pro castris—deesset.*
Potiri aliquid Af. 36. *potiri alicujus* Af. 50.
Præacutus G ii, 29.
Præcavere, ne quid fiat G i, 38.
Præcepta Ducis, quid faciendum sit, militibus præscribunt, *die Ordre* G vi, 36. viii, 28. cf. G i, 22. *ut Tribuno a Cæsare præceptum erat.* Sed aliter *præcepta amicorum et propinquorum* C ii, 6, 7. ubi sunt adhortantium voces.
Præcipere pecuniam, ante diem præfinitam accipere, aut solvi jubere C iii, 31. *præcipere lætitiam*, ante sentire G viii, 51.
Præcipitare, hyems præcipitavit (se,) fere tota transiit C iii, 25.
Prædicare, narrare G iv, 34. C i, 32. dicere, asseverare C iii, 106.
Præducere murum G vii, 46. ut prætendere, prætexere.
Præesse, v. ad G viii, 24. cf. C iii, 12, 28. Af. 33. Ponitur ergo *præesse*, omisso dativo, quo indicetur id, cui quis præsit.
Præfecti equitum, qui sæpe commemorantur, ut G iii, 26. iv, 11. vii, 66. videntur etiam quibusdam in locis intelligendi, ubi simpliciter *Præfecti* dicuntur, ut G i, 39. iii, 7. Fuerunt autem Legatis attributi G viii, 48. h. e. cum iis mitti consueverunt, ut illi peditibus, hi equitibus præessent. Sed G iv, 22. curam navium habent cum Legatis et Quæstore. Add. Af. 3. Cf. *Faber.*
Præfectura, munus Præfecti G viii, 12. Aliter C. i, 15: nam h. l. est oppidum Italiæ, a coloniis et municipiis diversum, quod non habebat suum magistratum, sed in quod quotannis Roma mittebantur Præfecti juris dicundi causa. vid. Festus in h. v.
Præferre se alicui, præstantius et fortius se gerere G ii, 27.
Præjudicium C ii, 32.
Præmetuere G vii, 49.
Præoccupare G vi, 41. vii, 26. C ii, 17, 34, 42. A iv, 63.
Præoptare, malle G i, 25.
Præpilatus Af. 72.
Prærupta ripa G vi, 7.
Præscriptio honesta, excusatio honesta, nomen honestum, quod prætexitur turpitudini C iii, 32. Vulgo dicunt titulum honestum.
Præsidia, exercitus H 27. copiæ auxiliares A 25. ipsa acies H 30. castra Af. 17, 18. H 23 fin. Hinc *in præsidiis* (castris, exercitu) *alicujus esse* A 23, 33. Locus, ubi præsidium collocatur G vi, 33, 34. C iii, 45, 49. *præsidio literarum*, literis s. scriptura, quæ memoriæ est adjumento, ne omnia ediscenda sint G vi, 14. *præsidium sibi capere fuga*, fuga salutem petere H 38. *amicitia præsidio mihi est*, bona et jura mea mihi conservat atque auget G i, 44. *præsidium* (succurs) *mittere* H 4.
Præstaturus H 19.
Præstolari expectare C ii, 23.
Prætextati, pueri, qui nondum virilem togam sumserunt A 58.
Prætor Thessaliæ C iii, 80.
Prætorium, pars castrorum, ubi ducis summi tentorium est C i, 76. ip-

sum tentorium summi Ducis C iii, 82, 94. cf. *cohors.*

Prævallare locum A 19. vallum præducere, oppositum illi loco, ante locum illum ducere.

Prævertere alicui rei, occurrere, cavere, ne fiat G vii, 33.

Pravum jumentum, vile, inutile G iv, 2.

Preces, diræ, imprecationes G vi, 30.

Prehensio, genus machinæ C ii, 9.

Premere, vexare, in angustias redigere, magnis molestiis afficere, ut cum euntes invadimus G v, 32. aut fugientibus instamus G ii, 24. quod cap. sq. in eadem re est *urgere.* *Premere hostem* G i, 52. *premere hæsitantem* G vii, 19. *pr. obsidione* C iii, 9. *pr. aliquem bello* G iv, 1. *pr. prælio* C i, 64. *pr. telis* G v, 43. *premi re frumentaria*, inopia frumenti laborare G v, 28. *premi angustiis ab aliquo*, in angustias redactum vexari G iii, 18.

Primus. Cf. *Pilus.*

Princeps, primus G i, 12. qui summa inter suos est auctoritate et dignitate G i, 19. cf. *honestus. Princeps consilii*, auctor et suasor G ii, 14. *princeps belli inferendi*, qui initium b. inf. fecit G v, 51. vii, 2. *princeps prior* in re militari C iii, 64. *princeps sceleris* G viii, 38.

Principatum factionis tenere, ejus principem esse G i, 31.

Pristinus, pridianus G iv, 14.

Pro scelere (pro ejus magnitudine) *ulcisci* G i, 14. *pro castris* (ante castra) *producere* G i, 48. iv, 35. *pro perfuga*, tanquam perf. G iii, 18. Af. 35. *facit hoc pro amico*, tanquam amicus C iii, 109. *pro sano facit*, ut sanus et sapiens G v, 7. *pro viso* (ut visum) *renuntiat, quod non vidit* G i, 22. *pro occiso sublatus* C iii, 109. cf. c. 110. *pro suo periculo* C iii, 110.

Probare, persuadere G i, 3. *pr. virtutem*, efficere, ut spectata sit G v, 44.

Processus: virtus habet processum, virtus est causa, ut procedamus, ulterius progrediamur, h. e. virtute proficitur aliquid A 29.

Proclinata res, inclinata, vergens ad interitum G vii, 42.

Proclive (facile) *ei est* hoc facere C i, 48. *proclive* (ad efficiendum), facile Af. 10.

Proclivitas, locus declivis Af. 37.

Procurrere, C i, 43, 44. ii, 34. cf. *orbis.*

Prodere aliquem C i, 74, 76. unde *proditus* et *conservatus* C ii, 32. opponuntur. cf. *projicere. Pr. memoria* G v, 12. *prodere* (ad posteros propagare) *memoriæ* G vi, 26. *memoriam* G i, 13.

Producere copias e castris ad prælium G iii, 17. *prod. aciem* C i, 58. idem quod *explicare. Producere aliquem longius*, allicere fraude, ut longius progrediatur G viii, 48. allicere, ut veniat C iii, 104.

Proferre, ulterius provehere G viii, 41.

Proficere, satis profectum est ad laudem, satis factum est ad laudem G iv, 19.

Profiteri indicium, libere et sine hæsitatione indicare reos A 55.

Prohibere finibus, arcere G i, 1. *pabulationibus* G i, 15. *commeatu* G i, 49. *prohibere se ab injuria*, ea abstinere, ne alii inferas injuriam G ii, 28.

Projicere aliquem, saluti ejus non consulere, eum pati in miserias incidere C i, 20, 30. ii, 32. *pr. se ex navi*, desilire G iv, 25. *projicere lacrymas* A 24. synon. *profundere.*

Proinde ac C iii, 1, 72.

Prolatio diei, dilatio C iii, 32.

Proluere: tempestas (pluvia) *proluit nives* C i, 48.

Promeritum: ex promerito Af. 90

Promovere castra G i, 48.

Pronuntiare, enarrare G iv, 5. proloqui C ii, 12. *signum pronuntiare*, verbis indicare, nunc esse tempus, clamando signum dare G viii, 15. *pronuntiatur*, indicitur militibus (iter) G v, 31.

Pronus G iv, 17.

Propellere, repellere G i, 15.

Propria victoria Af. 32, 82. *proprium gaudium* Af. 91. *propr. præsidium* C i, 40.

Propter (pone) *mare iter facere* Af. 37. *propter castra prætergressus*, pone, præter Af. 73.

Prora erecta, altior G iii, 13.

Proruere munitiones, diruere vallum et aggerem G iii, 20.

Prosequi aliquem verbis benigne G ii, 5. pro persequi G v, 9 C i, 69. ii, 8, 41 A 25.

Prospectus, locus, unde prospici potest A 15.

Proteri, pedibus conculcari G viii, 48.

Proterritus G v, 53. idem quod *territus.*
Proturbare, propellendo removere G ii, 19. ut *pede proturbare aliquem.*
Proventas, id quod fit, accidit, casus C ii, 38. *superioris temporis proventus*, quæ ei antea feliciter evenerant G vii, 29. Sic res *provenit*, quæ prospere cessit, Tac. Ann. I, 20. ubi Ernesti quædam exempla collegit. Sed G vii, 80. est simpliciter eventus.
Providere aliquid, curare, ut adsit G ii, 2. e longinquo videre G vii, 30.
Provincias (munera) *partiri* G viii, 35.
Provolare e sylvis G ii, 19.
Prout C iii, 61.
Proxime, de tempore præterito nuperrimo G i, 24.
Proximus (ad) *mare* G iii, 7.
Publicare Regnum, lege ereptum Regi vindicare Populo Romano et ærario addicere C ii, 25.
Publice polliceri, consensu et nomine totius civitatis G i, 16.
Publicus, qui munere publico fungitur G vi, 13. si vera lectio est. *publicum*, ærarium C ii, 18.
Pudens, verecundus C ii, 31.
Purgatus alicui, excusatus G i, 28.
Purus campus, nullis arboribus arbustisve consitus Af. 19.

Q

Quadratum agmen G viii, 8.
Quam ante positivum, *quam late* G vi, 26. *quam opimus* H 33. *quam magnus*, perquam magnus C i, 55. cf. G viii, 11 Af 47. *quam* omissum in comparatione post *amplius, minus* etc. G iv, 12. viii, 10 C iii, 99 Af. 1, 38.
Qui, si qui, pro si quis G i, 48. vi, 13.
Quin, qui non, quod non A 7.
Quincunx G vii, 73. In figura quincuncis maxime spectatur series plurium rerum, ita deinceps collocatarum, ut ubique figura literæ V efficiatur, quæ est nota numeri quinarii.
Quoad, donec G iv, 11, 12.
Quod nuntiarunt, quod haberent H 36. *quod nisi* G vii, 88 A 11, 27, 63 Af. 26. redundante *quod*, ut in *quod si. Quod cum*, qua in re cum C iii, 68 H 20, 36.
Cum primum, simul ac G ii, 2. iii, 9.

R

Raptim, celeriter C i, 5. ubi vulgo *ruptim.*
Rari G v, 16. oppon. *conferti.*
Ratio belli (gerendi), disciplina bellica G iv, 1. *rationem inire*, modum excogitare G vii, 24. *ratio insequendi* C i, 30. *non majore ratione* (prudentia, consilio) *bellum administrari potest* G vii, 21. *ea ratione*, ideo G i, 28.
Ratis, trabes plures, in pontis modum junctæ, sed nullis sublicis nixæ, ut, si nullus pons in flumine sit, hic temporarius pons immittatur aquæ et ad alteram ripam transnatet G i, 8, 12. cf. Liv. xxi, 28.
Receptus, facultas revertendi G iv, 33. *receptum habeo ad aliquem*, possum me ad eum conferre C i, 1.
Recidere potest casus ad aliquem, potest ei res accidere, rei expositus est G vii, 1.
Recipere se, vires colligere, de saucio G iii, 4. animum colligere G iv, 27. ut *recipere se ex pavore* G ii, 12. iv, 34. *ex fuga* G ii, 12. vii, 20, etc. *recipere defessos*, recreare, ἀναλαμβάνειν C i, 45. *res recipit* (admittit, capit) *casum*, potest exitum in utramque partem habere C iii, 51. *res recipit multos casus*, exposita est multis vicissitudinibus C i, 78. *recipere* etiam est, in se suscipere, polliceri C iii, 17. unde C iii, 8. *recipio alicui*, recipio in me, me alicui aliquid præstiturum, promitto alicui.
Reconcinnare, collapsa reædificare, ruinæ detrimentis mederi C ii, 15. Synon. c. 16. est, *reficere.*
Redemtio sacramenti, cum aliquis necessitatem militandi redimit A 56.
Redigere (reddere) *infirmum* G iv, 3. ut *redigere quid facile e difficili* G ii, 27. *redigi* (repelli) *in castra* H 15. ut *redigi in oppidum* H 34.
Redimere (emere) *amicitiam alicujus morte alterius* G i, 44.
Redintegrare animum G ii, 25, 27. *redintegrare copias deminutas*, supplere G vii, 31.
Redire ad gladios, eos stringere C iii, 93.

Reditio domum G i, 5.
Reducere. vid. ad G vii, 72.
Referre de Republica C i, 1. *referre pecuniam multæ nomine, das Geld als Strafe in Einnahme bringen* Af. 90.
Reficere copias, imminutas supplere C iii, 87.
Reges, rex et soror ejus. vid. ad C iii, 107.
Regio agri, solum G vii, 13.
Regnum occupare, tyrannidem affectare G i, 3.
Regula C ii, 10.
Rejicere (repellere) *equitatum* G i, 24. Sic *rejicere in urbem* G ii, 33. *rejici tempestate*, de navibus G v, 5, 23. cf. *cursus*.
Relanguescere: rel. animus, vires amittit G ii, 15.
Religare, figere, fixum tenere, ne possit elabi C ii, 6. alligare C ii, 9.
Religio jurisjurandi, officii necessitas (obligatio), quam efficit jusjurandum C i, 76. *religiones*, omina, auspicia G v, 6. cf. ad G vi, 37. Dicitur autem numero plurali *religiones*, quia omnes omnino cærimoniæ et modi colendorum deorum, quos pagana religio habuit, simul intelliguntur, suntque adeo *religiones*, omnes partes religionis. *Sacrorum religione aliquem precari*, per vasorum sacrorum religionem et sanctitatem alicui reverentiam injicere, et ei ita rem persuadere A 32.
Relinquere: animus eum relinquit G vi, 38. unde vulgo *animi deliquium*.
Reliquum: nihil sibi reliqui fecerunt, nihil, quod facerent, reliquerunt G ii, 26.
Remittere alicui, concedere ei, permittere, non urgere, non pugnare de re G vii, 20. *remittere dolorem pecuniæ*, propter pecuniam acceptam A 55. cf. *condonare*.
Remollescere, mollescere G iv, 2.
Rempublicam gerere de militibus C i, 6.
Remulcus, funis, quo navis religata alteri trahitur. Fortassis etiam omnis machinatio, ad trahendam hoc modo navem religatam, remulcus dicta est C ii, 23. iii, 40. ad quem locum Vossius, fortasse justo operosius, disputat. A 11. Res perspicue intelligi potest e Polyb. i, 27. coll. c. 26. nam naves, ex aliis ope funium religatæ, dicuntur ab his ῥυμουλκεῖσθαι, remulco trahi.
Renovatus animus post terrorem Af. 18.
Renumerare, wieder zuzählen C iii, 53.
Renuntiare, nuntiare G i, 10 H 35.
Reperire, comperire G i, 18. ii, 14. *reperire* (acquirere, parare) *sibi salutem* G i, 53. Sic et Græce, εὑρέσθαι ἀγαθόν. vid. Valkenaër. ad Herodot. ix, 6.
Repetere, denuo petere G v, 49.
Reportare se ad aliquem, reverti H 40.
Repræsentare, facere ante constitutam diem. G i, 40. facere illico, sine mora, (ut res ipsa et veritas statim appareat) A 70.
Reprimere fugam, fugiendi finem facere G iii, 14.
Rescindere pontem G i, 7. iv, 19.
Rescribere pedites ad equum, e catalogo peditum in equitum catalogum transcribere, equitibus accensere, equitum loco iis uti G i, 42.
Resina H 33.
Respuere conditionem, non probare G i, 42.
Restagnare, stagnis plenum esse C ii, 24.
Restitui prælium dicitur, cum, qui propemodum fuerant victi, se colligunt, et prælium instaurant G i, 53.
Restitutus in antiquum locum honoris G i, 18.
Retineri. vid. ad H 8.
Retorqueri, retrorsum ire C i, 69.
Revincire anchoram, alligare G iii, 13. *revincire trabes*, copulando firmare G iv, 17. vii, 23. cf. G vii, 73. ubi est, figere, firmare.
Revocare, avocare G iii, 17.
Rheda, minus vehiculum Gallorum et Germanorum G i, 51.
Rhenones G vi, 21. et not. ad c. 26.
Rogare. cf. *sacramentum*.
Rostra imponere navibus actuariis A 44. *discutere*, frangere A 46.
Rudus A 1 H 8.
Ruina, casus eorum, qui alius super alium præcipitantur A 31.

S

Sacramentum est jusjurandum militare. Hinc *sacramento milites rogare*, sive, ut est apud Festum, *interrogare*, significat rogare, an velint jurati nomen dare militiæ G vi, 1. Liv. xxxii, 26. xxxv, 2. xl, 26.

Hinc miles *dicit sacramentum* C i, 23. aut (secundum alios) *dicit sacramento* C i, 86. h. e. interposito sacramento dicit, se esse velle militem, seu uno verbo, jurat.
Sagulum, sagum G v, 42. Vestimentum militare, quod ceteris vestibus superinduebatur.
Salum, mare Af. 46.
Sancire, munire rem, vel pœnis constituendis, vel jurisjurandi religione, ut rata sit, a nemine mutetur G i, 30. *sanctum* (sancitum) legibus G vi, 20.
Sanitas, sana mens G i, 42.
Sarcina. cf. *sub. Sarcinaria jumenta* C i, 81. *sarcinæ legionum* Af. 69.
Satagere, bene multum laborare in re difficili Af. 78.
Satisfacere alicui, excusare se alteri G i, 41. v, 54. ea uti defensione, qua alter acquiescit A 69 H 22.
Satisfactio est eorum, qui sui purgandi causa legatos miserant G vi, 9. *satisfactionem accipere*, excusatione acquiescere G i, 41.
Scapha navis, das Boot G iv, 26.
Scelus concipere in se C i, 74.
Scindere vallum, vallos aggeri s. vallo infixos revellere, ut via pateat G iii, 5. v, 51.
Scindulæ G viii, 42. sunt tabellæ ligneæ, quibus tecta ædium solent tegi (e. c. *Schindeln, Spähne*). Scribitur etiam *scandulæ*.
Scopæ Af. 47.
Scorpio, machina bellica G vii, 25 Af. 29. 31. *scorpio ante castra positus* Af. 56.
Scrobs, fovea G vii, 73.
Scutula C iii, 40.
Scutum: ejus formandi ratio G ii, 33. ejus tegumenta G ii, 21.
Sectio G ii, 33. cf. *corona*.
Sectura æraria, de metalli fodina G iii, 21.
Secundanus, secundæ legionis miles A 57.
Secundiores res G i, 14. *secundius prælium* G ii, 9.
Secundum (pone) *radices montis* Af. 41. et *sec. littus* ibid. G i, 7. *sec. flumen*, ad ripas fluminis (*an dem Ufer hin*) G ii, 18. vii, 34. *sec. mare* C iii, 65. *am Meere hin*: ut *sec. oram maritimam* Af. 3. *secundum ea*, post ea G i, 33.
Secundus, *flumen secundum* oppon. adverso G vii, 58, 60.
Seducere, sejungere ab alterius amicitia C i, 6.
Sementis magna, cum multi agri conseruntur G i, 3.
Semifacta porta Af. 83.
Semihora Af. 38.
Sentire: *hostes ex fremitu senserunt de profectione* G v, 32.
Separatus ager, qui alicui proprius assignatus est, non communis aliis G iv, 1. Additur *privatus*.
Septentriones G i, 1. iv, 20. vii, 83.
Sequi commutationem æstus, ei se accommodare G v, 8. *sequi posse animum viribus corporis*, corpore tantum valere, quantum animo A 44.
Sero, *serissime* C iii, 75.
Servare, custodire G ii, 33. *servare* (observare) *iter* G v, 19.
Servire rumoribus, iis se accommodare, eos in consiliis capiendis sequi G iv, 5.
Servitia, servi Af. 85, 88.
Servitus eorum, qui imperio alterius parent G i, 33.
Sesquipedalis, æquans pedem cum dimidio G iv, 17.
Sevum, pinguedo bestiarum, ad domesticos usus parata G vii, 25. viii, 42.
Sexcenaria cohors C iii, 4. Drakenborg. ad Liv. vii, 7.
Si: *conuntur*, *si* (num) *possint* G i, 8. ii, 9 C i, 83. ii, 34. iii, 75, 85. Græco more pro *an*. *Si* pro *sin* C ii, 5. iii, 17, 78 G vii, 66. *sin*, si vero, si contra ea G i, 13.
Signata tabella, obsignata Af. 3.
Significare alicui de re aliqua G vii, 26. Sueton. Jul. 9.
Significatio, indicium voluntatis per signa externa C i, 86. Hinc *significationem facere* G ii, 33.
Signum dare, de tessera G ii, 20 Af. 83. *sign. tuba dare* G ii, 20. *signum*, manipulus ipse H 18. Sed *signa ferre* est, e castris propius hostem proficisci G i, 39. *cum signis ire*, cum universo exercitu Af. 77.
Sileo verbum facere, ne hisco quidem H 3. insolitum plane.
Simplex acies, una series, unus ordo militum Af. 59. conf. *acies*, ubi alia exempla collecta sunt.
Simul: *simul ac* G iv, 26. *simul, simul*, ἅμα μὲν, ἅμα δὲ G iv, 13.
Singularis homo, unus, ut cum singuli singulatim eunt per angustias G vii, 8. cf. G iv, 26.

Societas publicanorum C iii, 103.
Solvere sc. naves G iv, 23.: plene legitur G iv, 36. Sed et *navis solvit* (se), cum proficiscitur G iv, 28.
Solum agri, *Grund und Boden* G i, 11.
Sors incommodi G viii, 1. *sors mali* G viii, 12. malum, quod alicui accidit, mali pars, ei destinata, μοῖρα.
Speciarium donum C iii, 53. si lectio vera est.
Speciose instruere aciem Af. 48.
Spectare in (versus) *septentriones* G i, 1. *spectare*, revereri, curare G ii, 20. v, 29, 44 C iii, 43.
Speculatorium navigium. cf. *catascopus*.
Specus de canali subterraneo A 5. cf. ad C iii, 49.
Spiritus, sensus animi, fastu ferociaque pleni C iii, 72. unde *spiritus sumere* G i, 33. ii, 4.
Stabilitas peditum, tardior motus G iv, 33. cf. *mobilitas*.
Statumina, costæ, navium, quæ, ut statumina, (i. e. pedamenta s. adminicula, quibus vites fulciuntur) e carinæ utroque latere affixæ sunt C i, 54.
Status commodus rerum G vii, 6. *res est eo statu* G vi, 12.
Stilus cæcus, in castrorum munitione Af. 31.
Stimulus in obsidione G vii, 73.
Stipendium, tributum, quod victi solvunt G i, 36, 44.: unde *stipendiarius populus* G i, 30, 36. v. ad Af. 20. *stip. octavum*, annus octavus, quo quis miles est G viii, 8.
Storia vel *storea*, vulgo teges e juncis aut similibus, sed C ii, 9. e funibus anchorariis. a στορεῖν, sternere.
Stramenta mulorum, sarcinæ iis impositæ, clitellæ, ea, quibus muli insternuntur G vii, 45. vid. exempla quædam ex Apuleio apud Ciacconium et Oudendorp. ad h. l. Lectio tamen dubia est, et voluit Ursinus legi *ferramenta*, male: Hotomannus *strata*, quod ferri potest.
Stramenticia casa H 16.
Stratum (mensis) *cœnaculum*. vid. ad C iii, 96.
Struere copias, aciem instruere C iii, 37. cf. Oudendorp. ad C i, 43.
Studere memoriæ, eam exercere G vi, 14.
Sub sarcinis esse G ii, 17. iii, 24 Af. 75. aut *sub onere esse* C i, 66. de militibus, qui sarcinas gestant. *Sub armis*, armatus, in armis C i, 41, 42. *sub septentrionibus positus*, in plaga septentr. G i, 16. *sub vexillo mitti*, cum vexillo, quod præfertur G vi, 36. *sub hoste* Af. 51. videtur esse, prope hostem. Sic *sub vallo*, ad, prope vallum G vi, 37. cf. *manus. pellis*.
Subducere in collem, sursum ducere G i, 22, 24. *subd. naves in aridum*, aut simpliciter, *subd. naves vel classem*, ἀνάγειν G iv, 29. v, 1, 11 Af. 62. cf. *deducere*.
Subesse, propinquum esse G i, 25. v, 29 C i, 65.
Subfodere equum, equum alterius hasta aut stimulo pungere, ut ferociat et calcitret, sessoremque excutiat G iv, 12.
Subjecta Armenia Regno Pharnacis, vicina A 35.
Subjectissime loqui, infra dignitatem, humiliter C i, 84.
Subjicere, subornare C i, 33. inter duas res medium quid transjicere G i, 26. *subj. legiones castris*, proxime castra ducere C iii, 37, 56. *subj. aciem collibus*, ad collium radices adducere C iii, 84. *subj. se loco*, ad eum accedere C iii, 85. *subj. navigationem hyemi*, exponere iter casibus hyemis incertis G iv, 36.
Subire, accedere G ii, 25. viii, 15. cf. *succedere*.
Subitum consilium G iii, 8.
Sublevatus juba equi, qui, prehensa juba, attollitur, et ex ea pendens ab equo portatur G i, 48.
Sublica, trabs, solo infixa, fulcrum pontis G iv, 17.
Subluere, ima parte alluere, ut *montem fluvius subluit* G vii, 69 C iii, 97.
Submissus, qui nihil audet, et patienter imperium perfert G viii, 31.
Submittere subsidium G ii, 25. *subm. subsidio* G ii, 6. (ubi c. 7. permutatur, *mittere subsidio*) G v, 58.
Submoti, discedere coacti G i, 25.
Subruere murum, cædere dolabra, donec collabatur G ii, 6. Dolabra est genus securis, v. Intt. Flori ad iv, 10. ed. Græv.
Subsidiari, subsidio ire, in subsidiis esse G viii, 13.
Subsidium, qui auxilio mittuntur iis, quorum vires non sufficiunt G i, 52. cf. omnino G ii, 6. *Subsidia collocare* G ii, 22. *subsidium ferre alicui*,

auxilio venire G ii, 26.
Subsistere, esse rei parem (ut qui onus subiit, substitit), esse idoneum et satis validum, durare posse G v, 10. v. Gronov. ad Liv. xxvii, 7.
Substructiones theatri, parietes magni C ii, 25.
Subvehere navibus, advehere G i, 16: unde *subvectio frumenti* G vii, 10. ἐφοδιάζω.
Succedere, insequi G i, 25. Hinc G iv, 3. *iis Ubii succedunt*, finitimi sunt. *Succ. portas*, ad eas accedere G ii, 6. viii, 41. unde *successus* G ii, 20. *succed. munitionibus*, appropinquare A 27, 29. *mare succedit*, accedit magis magisque ad hos, qui sunt in continenti, *es nähert sich*; brevius, expanditur littore toto C ii, 24.
Succidere arbores G v, 9. *succidere frumenta* G iv, 19, 37.
Sudes, pali, fustes G v, 18.
Suffigere in cruce Af. 66.
Sumere tempus ad deliberandum G i, 7. *sumere frumentum ex agris*, comportare G i, 16. *s. quid argumenti loco*, eo uti loco argumenti C i, 67. *s. laborem*, suscipere G iii, 14. *s. arrogantiam*, fieri arrogantem G i, 33.
Summa rerum, id, unde jam omnia pendent C i, 21. Hoc quid sit, singulis in locis definiendum est. Sed C iii, 51. est, *das Ganze*. *Summa totius belli*, quicquid ad administrandum bellum pertinet G i, 41. ii, 4. ibid. synon. est, *imperium totius b.* *Summa exercitus*, totus exercitus G vi, 34. Sed C i, 67. est, *das Heer im Ganzen*, ut ibid. c. 82. *summa victoriæ*, *der Sieg im Ganzen*.
Summe cupere, vehementissime C iii, 15.
Summus mons, cacumen G i, 21. *summa voluntas* (benevolentia) *in aliquem* G i, 19. Sed C iii, 16. est acerrima cupiditas. *Summæ res*, quæ alibi est summa rerum G i, 34. *summæ copiæ* G v, 17. numerosissime. Gronov. ad Liv. xxxviii, 50. sic explicat: omnis exercitus, omnes vires adunatæ, sic ut summa res semel agatur. *Bellum summum* G viii, 6. gravissimum, difficillimum.
Superare, sine accusat. esse superiorem, victorem G i, 40. *vita superare* (aliquem), *überleben* G vi, 19. Tac. Ann. i, 17.
Supercilium, collis Af. 58.
Superior ætas, senectus, ultra juventutem s. militarem ætatem provecta C ii, 5. *superiores urbis partes*, *die Oberstadt* C iii, 112. *superiora loca*, colles G i, 10, 23. ii, 23. iii, 3. cf. G 3, 2. ubi *montes* dicebantur. G iv, 23.
Supersedere aliqua re, eam omittere, intactam relinquere G ii, 8 Af. 75.
Suppetere, *suppetit copia*, ad manum est, parata est G i, 3.
Suppetias (ad supp. ferendas) *proficisci* Af. 25. *supp. venire* Af. 5. *ire* Af. 39. *occurrere* Af. 66, 68.
Supplicatio, dies festi, vel ad gratias Diis agendas, vel ad eorum iram avertendam (Liv. 22. 1.); quibus diebus omnia totius urbis templa cuivis patent, numinibusque sacra omnis generis et lectisternia fiunt G ii, 35.
Supplicium pati, de iis, qui, deditione facta, multam subeunt ignominiam C ii, 30. ultima miseria famis et inopiæ, quam quis fert, et interpretatur pœnam suam C i, 84. Ib. est *ad ultimum supplicium progredi*, se ipsum præ desperatione omnium rerum interficere. cf. ad C i, 81.
Supportare, apportare G i, 39, 48. cf. G ii, 5. ubi *portare* posuit.
Supprimere iter, cœptum iter omittere C i, 66. *suppr. insequentem*, reprimere, remorari C i, 45. unde *suppressus*, impeditus, cui mora objecta est G viii, 42.
Sustentare, retinere, cohibere impetum Af. 82. *s. bellum*, gravitatem ejus et difficultatem perferre posse G ii, 14.
Sustinere, perferre G iv, 11. durare C i, 71. *sust. impetum* G i, 24. *sust. equum*, retinere G iv, 33. *sust. se* sc. stantem et erectum G ii, 25. *premi ab hoste*, *et ægre sustinere* (eum) G iv, 32. *sust. se ab aliquo*, se tueri Af. 72. *vires sustinent* (labores) C i, 71. cf. Oudendorp. ad G ii, 25.

T

Tabellæ signatæ Af. 3.
Tabulæ nouæ C iii, 1. seu novæ rationes pecuniarum debitarum et creditarum (*neue Rechnungs-oder Schulbücher*) lege conficiebantur, si quando fides publica (*der Credit*) laboraret; remittebatur enim lege

debitoribus aliquid, ut omnes in civitate debitores minorem summam, quam quantam mutuo sumserant, in libros rationum novos referrent, minusque solverent. Dicuntur Gr. χρεῶν ἀποκοπαὶ et σεισάχθεια. Cum ergo Cæsar id nunc fieri nollet (Appian. Civ. ii, 48. p. 458.): non legem ea de re tulit, sed arbitros constituit, qui, æstimatione facta, ex æquo et bono de debitis creditisque statuerent. Sed Cælius legem de hac re tulit C iii, 21.

Tabulatum fit e tabulis, quæ transversis tignis imponuntur G vi, 29. cf. *turris* et *contabulatio*.

Talea, ramus recisus, qui terra defoditur. Ad hujus similitudinem *taleæ* G vii, 73. dicuntur. Cf. G v, 12.

Tametsi—tamen G i, 30. vii, 43, 50. viii, 20 C iii, 67. *tamen etsi—tamen* G viii, 10. v. Oudend. ad G v, 34.

Tantum, tam parum, *præsidii* G vi, 35. *navium* C iii, 2.

Tardari, depon. C ii, 43. etsi cod. optimus ibi habet, *tardarent*.

Taxus, arbor, cujus baccæ acriorem letiferumque succum habent G vi, 31.

Tecta navis, quæ tabulis tegitur, s. tabulata habet, e quibus milites pugnent et sub quibus remiges tuti sint C i, 56. ii, 4. Eadem est *constrata*, *contecta*, *καράφρακτος*, Polyb. i, 20. Oppon. *aperta*. cf. Ernesti Cl. Cic. in *aphractus*.

Tegere latus A 52.

Tegimenta scutorum G ii, 21. *galearum* C iii, 62.

Temerarius, fors falsarius, qui fidem temerat A 7.

Temere: non temere, non facile G iv, 20.

Tempestates, cœlum turbidum, quo mare non est navigabile G iii, 12 A 3.

Tempus anni, *diei* G vii, 16. et passim, i. e. momenta, horæ.

Tendere, in tentoriis esse G vi, 37.

Tenere montem G i, 22. *t. se castris* G i, 40. *teneri* (ad officium præstandum) *jurejurando* G i, 31. *locus egregius ad tenendas anchoras*, jactas anchoras firmiter retinet A 9. cf. *cursus*.

Tentare fortunam belli, permittere incerto eventui G i, 36.

Tenue fastigium, non latum cacumen C i, 45.

Tenuitas, paupertas G vii, 17.

Terra Gallia G i, 30. ut Liv. xxxviii, 58. terra Hispania.

Terreus tumulus G i, 43. γεώλοφος. In omnibus fere codd. scribitur h. l. *terrenus*.

Testata virtus, omnibus conspicua G viii, 42. *testata pœna* G viii, 44.

Testudo, (quod omnino est conclave cameratum, et genus tecti concavi conclavium,) fit in re militari, cum milites scuta capitibus imponunt, ne telis conjici possint G ii, 6. v, 9. Sed G v, 43 C ii, 2. est machina oppugnandarum urbium, constans trabibus parallelis, quibus tectum impositum est, quod milites subtus stantes defendit ab ictu telorum.

Tolerare vitam, molestius vivere in inopia, modo vita conservetur G vii, 77. καρτερεῖν. *Tol. equos*, in magna penuria eos utcunque sustentare C iii, 49, 58 Af. 24. *tol. famem fructibus*, utcunque minuere G i, 28.

Tollere, navis sustulit (excepit, continet, fert) *homines* G iv, 28 C iii, 28.

Tormentum, machina, cujus ope tela, lapides præsertim, in hostes et muros mittuntur G ii, 8. iv, 25. *t. adigere* C iii, 51, 56. *t. mittere* C ii, 9. extr. G iii, 51: ubi *tormentum* aut est id, quod torquetur, ipsum telum; aut potius *tormenta mittere* dicitur per compendium, pro, ope tormenti telum mittere. v. Clark. et Oudendorp. ad posteriorem locum. Sic *telis tormentisque defendere* C ii, 11. videtur esse, telis, e tormento missis: et C iii, 51. *telum tormentumve mittere*, tormento telum mittere. Et sic H 13. *balista mittitur*, telum ope balistæ mittitur. C iii, 56. per codd. incertum est, utrum *telum tormento adigere*, an *telum tormentumve ad.* legendum sit. Sed G vii, 22 et C iii, 9. sunt funes contorti.

Totæ copiæ C iii, 42 A 76. *tota Gallia* G v, 55. *provincia* G vii, 1. *Italia* C iii, 1. *auxilia regis* C ii, 26. *toto muro* G vii, 24. *opere* G vii, 72.

Tragula, genus jaculi G i, 26. v, 35, 48 C i, 57. Lipsii Poliorcet. iv, 4.

Trajectus, locus, unde trajicitur mare A 56.

Transcurrere de navibus C i, 58.

Transferre se ad alium vestitum, mutare vestes Af. 57.
Transjicere milites flumen, transducere, jubere transire C i, 54, 55, 83.
Transmissus, trajectus, subst. G v, 2, 13.
Transportare exercitum Rhen. G iv, 16.
Transcendere vallem, multa cum molestia ire per vallem C i, 68.
Transtra, trabes confixæ, in quibus remiges sedent G iii, 13.
Transversarium tignum, transversum C ii, 15.
Tribunus cohortis C ii, 20.
Trichila C iii, 96.
Trieris navis, τριήρης, triremis Af. 44.
Trini, tres G i, 53.
Triquetrus G v, 13.
Tristimonia Af. 10.
Tumultuari pass. G vii, 61.
Tumultuarii milites, raptim collecti A 34.
Turris villæ Af. 40. *turres* in re militari, quas descripsit Vegetius iv, 7. constant trabibus; plura habent tabulata, ut quatuor G vi, 29. in quibus oppugnantes sic divisi stant, ut in summo sint, qui tela mittunt, in inferioribus, qui murum quatiunt, et ponte, qui est in turri, transeunt in muros; altissimæ interdum sunt, ut muros superent; quadratæ potius, quam rotundæ; constituuntur in aggere ut promoveri possint, et altiores sint G ii, 30. *turris ambulatoria*, quæ rotis subjectis e loco in locum transfertur s. promovetur A 2. Exiguas fuisse, quæ G v, 40. commemorantur, e celeritate ædificandi apparet.
Turritus elephantus Af. 30.
Tutari inopiam, ab ea tutos præstare homines C i, 52. Sic *defendere tela*, *æstum* (ab aliquo).

U, V

Vacare: agri vacant incolis et cultu G iv, 3.
Vacuus, nullo certo negotio occupatus A 2.
Vadimonium: tenetur vadimonio, qui, datis vadibus, in judicio comparere obstrictus est A 49.
Vadum, locus fluvii, ubi transiri potest G i, 6. cf. c. 8. loca, non altis aquis offusa G iii, 12. Unde *vadosum mare*, non profundum C i, 25.
Valles, is G vii, 47. v. Oudend. ad h. l. de hac forma nominativi.
Vallus, palus G vii, 73. cf. *scindere*. Sed C iii, 63 et A 2. *vallus* est pro neutro, *vallum*, positum.
Vastare terram civibus, pecore, vacuefacere G viii, 24. Virg. Æn. viii, 8. 'vastant cultoribus agros.'
Vectigalis, qui vectigal solvere tenetur G iii, 8.
Vectis, contus, ad levanda et promovenda onera C ii, 11. (*ein Hebebaum, un levier.*)
Vectoria navis, oneribus vehendis destinata G v, 8. cf. Suet. Jul. 63.
Vecturæ, Fuhren C iii, 32, 42.
Velle aliquem aliquid, ab eo postulare G i, 34.
Venire in spem, concipere spem G iii, 6. *venire in cruciatum* G i, 31.
Vereri alicui, solicitum esse de aliquo, ne damnum capiat G v, 9.
Vergobretus G i, 16.
Vernacula legio, quæ constat indigenis A 53, 54 H 20.
Versare: fortuna eos sic versavit in certamine, effecit, ut modo hoc, modo illud iis accideret, ut per vices auxilio egerent, et auxilium ferrent G v, 44.
Versus: Uticam versus petere Af. 7. *ad insulam versus* Af. 8. *ad Oceanum versus* G vi, 32.
Verum, æquum G iv, 8.
Verutum G v, 44. Est genus jaculi.
Vestigium temporis, punctum temporis G vii, 25 C ii, 26. cf. Cic. in Pis. c. 9. *e vestigio*, statim, ut *extemplo* G iv, 5 C ii, 12. *eodem vestigio*, C ii, 7.
Vestire trabes aggere, obtegere, obruere terra G vii, 23.
Vexillum proponere ante prælium G ii, 20 H 27. et *vexillo signum dare* C iii, 89 A 45. Vexillum est velum minus, tela, linteum, e conto suspensum, idque rubrum, quod proponitur in tentorio summi ducis (Prætorio), ut undique conspici possit. Sed et præfertur militibus, in expeditionem proficiscentibus: unde *sub vexillo mitti* G vi, 36.
Viæ castrorum, intervalla, inter ordines tentoriorum G v, 49.
Viator, qui in itinere est G v, 5.
Vicus urbis, numerus certus ædificio-

rum vicinorum C i, 27.

Vigiles castrorum, excubitores G viii, 35.

Vindicare (vindicta uti) *in aliquem* G iii, 16. Veget. de r. m. i, 1.

Vinea constat lignis tenuioribus, imposito tecto junctis, quod tectum tabulis, viminibus cratibusque contexitur, sub quo tuti stant, qui murum subruunt G ii, 12, 30. iii, 21. vii, 27. *une galerie.* Apparet ex his, quare contexta viminibus dicatur C ii, 2. quod ad ejus tectum referendum est, quamquam etiam latera viminibus obstructa sunt. Veget. de re mil. iv, 15. *vinea agitur*, cum in aggere promovetur.

Vinum, ejus effectus G ii, 15. iv, 2.

Virgiliæ, sidus, alio nomine Pleiades Af. 47.

Virilitas, erepta *exsecto* A 70.

Virtus, bellica fortitudo G i, 1. ii, 15. *virtus elephanti*, robur et dexteritas Af. 72.

Vis (copia) *magna pulveris* C ii, 26. similiter *vis magna aquæ* A 9. passive C i, 110.

Vitium sentinæ, vitiosa exhalatio C iii, 28. *turris fecit vitium*, labefactata et concussa hiare cœpit H 19.

Vitrum Britannorum G v, 14.

Ultima natio, remotissima G iii, 27.

Unus: in una (sola) *virtute* G ii, 33. iii, 13. *unus*, quidam G ii, 25. v, 45. *una* (aliqua) vallis C ii, 27. In plurali, *una castra* C i, 74.

Vocabula armamentorum, nomina C i, 58.

Votuntarii (socii) G v, 56.

Voluntate alicujus aliquid facere G i, 7.

Vox, de integra formula solemni C i, 6. *voces*, rumores G i, 39.

Urbana dignitas, quam quis habet in urbe C iii, 83. Oppon. militari. *Urbanæ literæ*, Roma missæ A 65.

Urus, der wilde Ochs, der Aucrochs, le bufle G vi, 25.

Usus (exercitatio) *in castris* G i, 39. *usus est*, opus est G iv, 2. vi, 15. *usui est*, opus est G v, 1. *usus venit*, incipit opus esse G vii, 80. *usus adest*, necessitas incidit C iii, 84. *usu venire*, evenire G vii, 8. *usum* (experientiam) *percepit*, adeptus est G vi, 40 C iii, 84.

Ut, uti, frequenter omittitur G iv, 16, 21. v, 58. vii, 63. viii, 20 Af. 59.

Uterque utrique insidiatur A 4. *Uterque* plur. numero de duabus mulieribus, *utræque mulieres*, i. e. ambæ G i, 53.

Uti pace, ea frui perpetua G i, 44. *uti suis legibus* de eo, cui victor nullas imponit leges, αὐτόνομον εἶναι G i, 45.

Vulgo, ab omnibus et ubique G i, 39.

Vulnus inferre G i, 50. ut Veget. de re mil. i, 16. vulnus importare alicui.

INDEX

VERBORUM QUÆ IN COMMENTARIIS CÆSARIS LEGUNTUR.

G significat de *Bello Gallico* libros—prior numerus, libri indicem, posterior, capitis. C de *Bello Civili*. A de *Bello Alexandrino*, Af de *Bello Africano*. H de *Bello Hispaniensi*. Ex hisce tribus libris capita solummodo notantur. F *Fragmenta*, cum pag. et lin.

A G i, 1. et alia
Abderet G vi, 5
Abdicat C iii, 2
Abdiderant G iv, 18, 38. v, 8
Abdiderat, G vii, 30
Abdiderunt G i, 12. v, 9. vii, 18
Abdita G vi, 34
Abditas G vii, 79
Abditi G i, 39. ii, 19 C ii, 9
Abditis G v, 3
Abducere C i, 15
Abduci G i, 11
Abducite Af 46
Abductæ sint C i, 9
Abductum C i, 85. iii, 40, 78
Abduxerim C ii, 32
Abduxerunt C ii, 9 H 21
Abduxit C iii, 23 Af 25
